VOLRADI PLESSII

HEIDELBERGENSIS

OLIM CONSILIARII

AIAX

POST OPPVGNATAM FRVSTRA

CANCELLARIAM ANHALTINAM

in ſpongiam incumbens,

SIVE APPENDIX

CANCELLARIÆ ANHALTINÆ,

Auctore

FABIO HERCYNIANO

ICto.

Cum notis marginalibus & Indice rerum locupletiſsimo.

ANNO CHRISTI

M. DC. XXIIII.

INGRESSVS IN CANCELLARIAM BAVARO-ANHALTINAM.

ANte triennium & ſemeſtre propemodum in lucem prodiit Cancellaria Anhaltina, infame rebellibus nomen, & vniuerſi Caluiniſmi Compendiũ, ſed quæ virtutem tãdem Caluiniſtis expreſſerit verecundiam. Victum eſt magnitudine pudoris ſupercilium longâ obſtinatione durum, & impudens, atque in mollitiem flexit, vt rubere poſſet. Ergò non nemini, dolore aduerſi rumoris, ſilentium ruptum, & ne res Caluiniana detrimentum maius caperet, tincto virulentiâ calamo, non paucas chartas vafra manus maculauit, prioribus quas defendit, nocentiores: nã in Cancellaria ſcripſit, quę ſenſit, hic verò ſcribit, quæ non ſentit, cum aliud ſciat, ſed alios ſentire cupit. Fruſtra; albuimus Catholici ante Caluiniſtas, nec inueſtia menta canos decipiunt: vel ſexcenti libri eorum rebellionis & in patriam conceptæ impietatis crimen nunquam purgabunt. Quid hic Pleſsii piperis cucullus faceret? Melior cauſa eius apparuiſſet, niſi defenſa fuiſſet: nuſquam in eo quidquam lector reperiet, præter ceruſſam mentientẽ, & fallentẽ fucum, quẽ ego vbi diluero, totum illius codicẽ abſumpſero: corrigi enim huiuſmodi ſcripta non poſſunt, deleri poſſunt. Ad ſpõgiam ergo Aiax, & poſt furorem ſudoremque theatri lauare. Sed mirabitur lector cur Pleſſium placidi animi virum, quo cum verbis decertem, mihi deligam, cum alii ferociores in armis conſi-

ſtant. Id ego quidem non ignoro, ſed aut me omnis coniectu fallit, aut Pleſsius Princeps eſt, qui hoc Chartaceum bellu mouet: Camerario ad omnia non vacat, negotiis, concurſati nibus, machinationibus, declamationibus, genuum flexion bus, precibus, lachrymis diſtricto, vltimiq; exitii anxio: aud & ipſe Pleſsius arma ſumere, ſua potiſſimum de cauſa. Qu enim ad conſpectum epiſtolarum, quas contra pietatem, q Patriæ, Cæſariq; obſtringitur, perfidâ manu ſcripſit, haud m diocriter animo ægreſcit, laborem omnem vltimo niſu effu dit, vt à ſe rebellionis nomen amoliatur: quam diligentiam adhibuiſſet in non admittendo ſcelere, integer famæ eſſet: n nulla, quantumuis operoſa, defenſione innocens, pueruli aſt tia irreuocabilia verba ſua explicat, mollit, variat, riſum m uet. Quæ ſcripſit intelligimus, non quæ interpretatur: imò v rò & iſta, ſed non credimus: excuſando crimina, non ſimus i ſontes Pleſsi, omittendo ſumus. Quod ſi animus fallit & va cinium meum aberrat, aliuſque abs te, Pleſsi, tam pulchri pa tus Genitor eſt, næ tu moleſtè ferre poteris, me, qui tui ama tiſſimi & vicis tuæ ſollicitiſſimi abortus eſt, tibi adſcribere micorum & quidem tam arctè coniunctorum, omnia côm nia ſunt, etiam exilium, in quod vos temeraria veſtra conſi præcipitarunt, memorabili exemplo poſteris, qui alioru malo docentur mala ſua vitare, & principibus conſulere, ſorte ſua viuant, alienam non appetant. Regnorum riuales ambitioſos Fortuna non adoptat: propriuignis habet qui quid id genus Canditatorum eſt.

Natis peßima peßimis Nouerca;
Malo Venuſinam, quàm te Fortuna parentem.

PLE

PLESSIVS.

Omnibus veritatem amantibus.

Biennium iam excurrit, cum liber quidam Monacho-Bauaricus, cui titulum, Secreta Principis Anhaltini Cancellaria, *præfixerunt, in lucem prodijt; cuius prima exẽpla in congregatorum tunc Heilbronnæ Vnitorum Principum, ac Statuum ſub finẽ Ianuarij anni 1621. deuenere manus. Libri illius vel Cẽtonis potius conſarcinatorẽ, ſiue Compilatorẽ Dn. D. VV. I. inter alios, qui Bauaro à conſilijs intimis, primarium (cui D. Leickard fidelem nauauit operam) perhibent, ſic teſtante τῶν ἀξιοπίστων relatione, ac ipſomet ſeſe ſtylo prodente. Quod ipſum tamen, ac illud, itidẽ ſuo relinquitur loco, quod certo tã dictis, quã ſcriptis aſſertũ, ipſum Sereniſſ. Bauariæ Ducẽ, ope & opera propria epiſtolas varias atq; acta ſelegiſſe inq; ordinẽ redegiſſe, quo opere maturato quædã omnino exẽplaria durante adhuc Vnionis conuentu Heilbronnã, vti factum, curarentur: eo omnia fine, quòd cuilibet colligere facile eſt, vt Vniti turbarentur, timidi ac perplexi redderẽtur.*

FABIVS.

Mirum eſt, Pleſsi, te tua ſcribere veritatẽ amantibus, & veritatem parum amare, eius vel in veſtibulo libri tui hoſtis; nã Cancellaria Anhaltina adeò nõ properata eſt, vt Heilbrunnã ad Conuentũ Principum anno 1621. ſub finem Ianuarij deferretur, vt eo tempore nondũ conſilij fuerit, eam publicare. In magno anni ieiunio ſubiecta demum prælo eſt, & Heilbrunnam venit, cum alter eius anni Conuentus celebraretur menſe Maio: certè priuſquam naſceretur, ambulare non potuit.

Deinde in autore quoq; erras, & lectorem fallis, nã Compilator, aut cõſarcinator Centonis Dominus D. VV. I. non fuit, neq; eius adiutor D. Leickard: Quanti quanti naſi ſis, fumum hunc non ſorbebis, vt noſcas; etſi parum referat, quis veſtra publico cõmittat; liceat nobis palã ſcribere, quod vobis licuit clã ſcribere, vt palã incauti experiremur. Hoc non capio, quod librũ illũ, qui ex veſtris ſcriptis collectus eſt, Cẽtonem voces: ſcis quid Cento ſit? ex leuidẽſis, ex pannis, ex lacernis, ex ſcrutis, ex veteramẽtis, ex peniculis conſutum ſtragulũ: talia ne ſcripta veſtra fuére præſegmina & Hecales exuuiæ, vt materiam cẽtoni miniſtrarent? æquiùs autor Cancellariæ, qui tibi conſarcinator eſt, conuitiũ feret, ſi & tuũ partum, centonis matrẽ, appelles. Ita omninò eſt, ex chartis veſtris & detriti pudoris ſchedis, non potuit niſi cento, vario colore maculoſus conſarcinari; ſi labor ſarcientis vilior fuit, materię reſpõdit.

Demum Electorem Bauariæ libro illi operam aliquam cõtuliſſe, ſi fama vulgauit, vana fuit, & quia calamus tuus famæ ſimilis eſt, pondus eius iam noſti. Quaſi verò inter tot belli occupationes Electori integrum eſſet, rerum maximarum negotijs tempus ſurripere, atq; his lit-

terarijs curis tribuere? Sed fac, mi Pleſsi, nobiliorem huic operi manū admotam, an inde inquinamentum aliquod? Nobilitatur opus tam illuſtri auxilio, quod tamen neceſſarium non fuit, quia vos iuuiſtis, ſi enim pauciora patraſſetis, pauciora auctor ille ſcripſiſſet.

PLESSIVS.

Nec Monachij Bauariam farraginem lingua Germanica prodijſſe autorum cupiditati ſatis fuit, illud inſuper ſpecimen in italicum idioma transferendum, ſub titulo, Penſieri de Proteſtanti, *Cogitationes Proteſtantiū imprimendum, ac Romam tranſmittendum curarunt, vbi nunc publicè in bibliopolijs proſtat.*

FABIVS.

Falſum eſt, Pleſsi, Cancellariam Anhaltinam Monachij Germanicè dedidiciſſe, vt in Italiam migraret: quiſquis illam hominum alibi verterit, Monacenſi typo non prodijt, quod autem publicè in bibliopolijs proſtet, vos cauſa eſtis, quia quæ ſcriberentur & venderentur, geſsiſtis.

PLESSIVS.

Iam verò, quod ſiue Vniti ipſi & Status cæteri, ſiue etiam eorundem præcipui conſiliarij, officiarij, & adminiſtri, ad librum hunc Bauaricum, qui abditorū, ac quæ Germanos dedecent, conſiliorum dicam illis impingit adſerēdæ exiſtimationis, ac boni nominis ergo publicè edito Apologetico ſcripto non reſponderint (exceptis, quæ nuperrimè in prodromo & Cancellaria Hiſpanica, breuiter illa quidem, & incidenter; ſed neruoſe admodum & adpoſite: poſtea autem in myſterio iniquitatis diductius prolata) id ſcil. ab illis, quibus nec occaſionum, nec typographiarum defuit commoditas non ſine grauioli cauſa intermiſſum eſt.

Palatini mehercle, vt nemo non nouit, per hoſtilem illam & violentam ſuperioris & inferioris Palatinatus occupationem adeò fuēre diſsipati, vt illis, qui Heidelberga exierunt, nulla omnino typographia, quæ neceſſariam inſimulatorū detorſionem lucidaret, patuerit, cuncta verò, quæ ex Heidelberga, vel Heidelbergam mittebantur, interceptioni hoſtili fuerint obnoxia.

FABIVS.

Non omnibus Vnitis dicta à nobis ſcripta, mi Pleſsi, ſed Caluiniſtis duntaxat, ac Conſiliarijs potiſsimum furioſa temeritate longius prouectis; in ea tu tuiq; ad tribunal orbis citamini, nequaquam de vlla virtute iudicandi; ſi quid præſidij vobis vſpiam eſt, aut linguæ, aut calami, expedite; ſed quid efficietis? facūdia Camerarij nō ſufficit, Pleſsij aſtutia re tantâ minor eſt, ſolo ingenio exiſtimatio perdita nō aſſeritur; famam innocentia reddit, quam videbo, vbi Caluiniſtam videre deſiero. Inopia typi ſilentium vobis, neceſsitatem non impoſuit, ſed malæ cauſæ diffidētia, alia ſanè folia, verborū inanijs inquinata, paſsim prodiēre, & à publicata Cancellaria ad captā armis Heidelbergā ſtridit adhuc litterariū prælum veſtrum ſeptēdecim admodum menſes: non defuere, qui typis exararent, quod ſcripſeras, ſed defuit, quod ſcriberes auribus ten-

bus tentus, inſtar lupi metuentis; ſpatium tandem temporis lõgius ingenio ſubuenit, vt reperiret, quod promeret, aſtu & dolo inuolutum.

PLESSIVS.

Cum autem metuendum omnino ſit, ne porrò iſtiuſmodi ſilentium pro tacita confeßione aut conuictione communiter accipiatur: atque ex eo Romanenſi factioni inſigne emolumentum, Vnitis autem; quin imò toti cauſæ communi Euangelicæ irreparabile præiudicium creetur: neceßitas ipſa ineuitabilis tandẽ extorquere viſa eſt, vt præſens, ſuccinctum, ſuiſq́; nitens fundamentis, ad præcipua capita, loca, & puncta dictæ Cancellariæ Bauaricæ, apologeticum ſcriptũ daretur in publicum; magis etiam ac propius ad ſpeciem, & indiuidua vt accederetur; atq́; illud ſpeciminis tantum & Lydij lapidis inſtar vt demonſtraretur, Bauaricum iſtum librum ſuper ſolidas demonſtrationes claraſq́; probationes (quod in præfatione auctor lectoribus perſuadere conatur) minime fundatum, ſed in eo nil niſi fallacias, paralogiſmos, detorſiones, mutilatas allegationes vbiq́; obuias; ac vt paucis verbis omnia complectamur, pragmaticis dolis & politico aſtu fucum lectoribus factum eſſe.

FABIVS.

Etſi ſæpe ſilentium admiſſi criminis ſignũ ſit, id tamen hoc in genere tanti nõ æſtimamus: ſcripta veſtra, manus veſtrę, ſigilla veſtra, adeò rẽ produnt, vt minutioribus indiciorũ adminiculis opus non ſit: Et tua illa ineuitabilis reſpondẽdi neceſſitas quid tandẽ extorſit, mi Pleſſi? Ex locis centenis vix paucula delegiſti, quæ oppuguares, neq; enim te aut cauſam tuã defẽdis, ſed omnis impetus in nos & noſtra fertur vano ictu; nihil peccauimus, & ſi peccâſſemus, tibi propterea æther nõ accineret, Sanctus, Sãctus: teneris criminis Majeſt. cõuictus, tuiq; tribules tecũ proprijs teſtimonijs ſole ipſo clarioribus. Et tamẽ ea, de quibus hoc libro rixaturus es, ſuis ais niti fundamentis; non nego; etiam loripes ſuis nititur; ——— *Clauda ſed informi ſidunt veſtigia greſſu.*

Noſtra verò fundamenta valida eſſe etiam tu teſtabere, cum ſcripta & litteras tuas videris, ex ijs enim deſumpta ſunt; certè apud Pleſſium valere debet, quod Pleſſius ſcripſit; ſicut quoq; vim habebit apud Camerarium, quando manum ei ſuã exhibebo; Deſcripſimus omnia ex chartis veſtris; aut igitur illæ verè eiuſmodi loquũtur, aut falsò, ſi falsò, vides Pleſſi, qualis homo ſis, qui mentiri volueris; ſin autem verè ſcripta ſunt, iuſta nobis fundamenta ſunt, ac proinde flores illos & lumina vix inceptæ orationis tuæ (*fallacias ſcil. paralogiſmos, detorſiones, mutilatas allegationes, pragmaticos dolos, ac politicos aſtus*) ad tuum librum transfer, quanquam quid transferas? iam ibi affatim iſtorum.

——— *Debetur chartis gloria tanta tuis,*

Feſelliſſe nos, toto ſcripto tuo nuſquam oſtendis, & non inſipienter Lectorem in principio occupas, quia ſi in fine hęc demum ſcriberes, diceret Le-

PLESSIVS

Informatio, & ad præcipua capita, puncta & loca Cancellariæ Bauaro-Anhaltinæ ſecretiſsimæ Reſponſio.

CAPVT PRIMVM.

Vnionem ad propriam Proteſtantium Vnitorum ſtatuum defenſionem & contra Catholicorum machinationes minimè, ſed in rei veritate ad oppreßionem & extirpationem Romano-Catholicorum in Imperio collimaſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

COMPILATOR *Cancellariæ huius Bauarico-Anhaltinæ cum primis illud (pag. 21.) iactare videtur. Vnitos ad hodiernum vſq; diem nulla producere potuiſſe ſpecialia, quis videlicet, & vbi contra Auguſtanæ Confeßionis ordines à Pontificijs vlla conſilia fuerint inita, ſed in illis ſpecialibus adhereſcere. Ad quæ iſtud reſponſi ferat; Quis in Proteſtãtes omnes Generalis proceſſus decretus, quoue pacto in omnes nullo diſcrimine agi velint, iam dudum ex libro Pauli VVindecky ſatis ſuperq; innotuiſſe. At Schoppius quid Cõſiliarius Hiſpanico-Auſtriacus in Claſſico belli ſacri cap. 13. ipſi Cæſari inſtillat? vt principes illos, qui in monaſteria inuaſerunt, quiq; tam Cæſareæ Maieſtati, quam S. Eccleſiæ obedientiam denegant, pulchra Ottonis primi æmulatione cruci ſuffigendos mandet. Nunc, quod de omnibus in genere dicitur, hoc vnumquemq; in ſpecie concernit.*

FABIVS.

Quid ingenij adferas in hoc tuo libro nondum aduerto, prudentia hic in limine parum noto, aut certè nos fungos arbitraris, qui hæc inania verborum tuorum æſtimaturi ſumus. Proteſtantibus iam ab initio ſua per nos ſtetit illibata libertas; repeto, & ſimul peto, vt tu mihi noſtra in pacem publicam peccata dinumeres; Duos, neſcio cuius Martij Spiritus, ſcriptores appellas; qui priuata ſcripta edidêre, Rempublicam nunquam attigere, quibus in Senatu nullus locus, nulla authoritas, quorum dicta noſtræ Reipubl. non magis imputari debent, quàm vni aut alteri, qui minacia incaſſum verba iacet. Quid enim mihi

Priuati hominis peccatum toti Reip. imputari nõ debet.

periculi ingruat, ſi duo treſue in me ferrum acuant, qui ferro vel non valent? Tum primùm mihi iuſtus metus, cum illi malum pariant, qui inferre poſſunt; cum Caluiniani proceres incitant, cum [illegible] maiorum miſcentur, cum principes in fœdera coeunt, cum [illegible]lia agitantur, non vt ſecuri ſint, ſed ne ego ſim, cum [illegible], non quid meruiſſe videri poſsim, ſi ſcuit [illegible] eret, ſed qu[illegible] me hoſtes velint. Hæc mihi noxia ſunt, hæc mihi metuenda [illegible], [illegible] vobis agitata. Ordinibus Imperii Catholicis paria obiice, [illegible] noſtro Publico paria exprobra; ſi fides vnquam rupta, ſi [illegible] conſilium ſuſceptum, triumpha me, nunc ego te ante c[illegible]rrum meum agam: priuatis non mouemur; cuilibet ſuo damno errat lingua & calamus, nihil ad Rempublicam vnius, alter[illegible] uſiè ſermo, alioqui nullum regnum conſiſteret. Et Prædicantes tui [illegible] luant priuati priuatim, abſtine ergo iram [illegible]rum, [illegible] cuiuſuis ſcriptoris innocentiam non præ[illegible]: ſed eos [illegible] memoras intueamur. Windekius calamum [illegible] ſe[illegible]dem, ſed qui perinde & Catholicos morum & [illegible] vulneret; Nec nego Hæreticis atrociorem, ſed furentis turbæ [illegible]los dumtaxat adoritur prædicantes; audi ip[illegible] in [illegible] Epilogo Prognoſtici ſui: *cum ſolis, ait, [illegible], [illegible] & prædicantibus, non cum principibus, aut aliis Magiſtratibus, [illegible] ſuſcep:, in quos nihil protuli animo iniuriandi, de quo palam & ſolemniter teſtificor:* hæc Windekius. [Alter Scioppius eſt, qui quia in viuis ſuperat, ipſum prouoca, arma illi & ſcutum; non eget meo intercurſu, vt periculum eius propulſem..

PLESSIVS.

Inſuper illud in Vulgus notum eſt, quod in Imperialibus Ratisbonæ anno 1594. celebratis aliiſque illa ſubſequutis comitiis, Proteſtantibus Euangelicis ſtatibus & abſentium delegatis, tanquam in os publicè exſpuendum eſſet, a [illegible] & Franciſcanis allatratum ſit, Cæſaream Maieſtatem Proteſtantibus in Imperio Hæreticis ſine Conſcientiæ periculo, indulgere diutius non poſſe; nam tandem horam illam veniſſe, qua in eos Enſis ſtringendus; occaſiones & media in promptu & parato eſſe, Proteſtantes ſic inter ſe mutuis diſcordiis diuulſos, vt partim vt incauti ac ſecuri, partim vt Imbecilli ac imparati opprimi facilè, & ad obedientiam Sedi Romanenſi præſtandam redigi poſſint. Id quod paulò poſt ſequutæ miſeriæ Ciuitatis Donavverdæ comprobauit exſequutio: quæ reapſe, non illam generalem eſſe vt Compilatori noſtro videtur inſimulationem, ſed illa ſic ſe perculſam ſuo ſenſit damno, vt Ciues miſerrimi ex Ciuibus Imperii Romani liberi

ni liberam ſeruitutem animæ pariter ac corporis præſtarſ profundiſſimam, ... mergenti auxilium fruſtra vel ſperem, vel deſiderem.

FABIUS.

Vno hæc ſpiritu diſsipo, quæ tu vno ſpiritu in tui ludibrium ... Anno 1594. nemo vnus Capuccinorum Ratisbonæ ad con... dixit, & Ieſuitæ quidem dixere, ſed aliter quam tu di... aſſuluceq, ... eſt te in exordio libri tui fingere, quæ ſcribas, ne te Veritas de... antequam librum finias, in reliquo etiam omiſſurus. In eo Impe... Conuentu Principes ex Proteſtantibus permulti coram aderant, ... imprudentem dicendi licentiam, ſi tanta fuiſſet, aut accuſaſ... aut vindicaſſent. Ieſuitæ domi verba librant, vt in publico & re... & præſertim modeſtię pondus habeant. Quod ſi, aut hi, demus tua cauſa aliquid, aut illi aliquando, ferocius quid protulerint, vos Calui... petebatis; veſtræ augeſcenti audaciæ ſtatutas volebāt metas; Hu... illi enim à principio cæpiſtis ſenſim creſcere, mox inſurgere, & demū dominari velle. His ipſis in comitijs multa querimoniarum folia, &, vt appellabatis, grauamina Cæſari obtruſiſtis, iactis per contumaciam vocibus, interceſſuros vos Imperij decretis, niſi leuamentum Cæſar ſponderet. Et quæ erant illa grauamina veſtra? Vetabamini Catholicarum res Eccleſiarum rapere & diripere; iubebamini rapta & direpta reddere; hoc in cæteris vobis grauamen erat, quaſi nobis volupe fuiſſet, noſtra perdere. Cæſar quoque cum in Eccleſiaſticis vobis ius diceret, admodum grauis erat, vtpote Iudex ſuſpecti in Caluinianos animi. Pares vtrinque poſtulabantur arbitri, qui lites non ...rent, ſed in diuerſum nitentes producerent, æternâ pertinaciâ eo ...em fine ne aliena occupantes poſſeſsione deijcerentur. Cætera hic ...n exequor, Lutherani ipſi exceptis quibuſdam, quos dolo inſutos, ad ...ſtras partes adduxiſtis, poſtulata veſtra vt nimia ſpreuere. Saxo ...einmarienſis poſſiſsimum, qui per id tempus Electoratum admini...ſtrabat, vos veſtra habere iuſsit, animum faciente Hunnio prædican... ſcripto quoque veſtras aries detexit. Cæterùm nulla repulſâ pu...ti cum eiuſdem veſaniæ lamentis in conſequentibus comitiis au... grauaminum libello rediſtis, Cæſareiſq; conſiliis impedimen... qui eijciendi ex Imperio eratis, nullo Iure niſi aliena gra... eo viuentes.

Grauamina à Caluiniſtis Imperatori exhibita.

A Saxone VVeinmarienſi Caluiniſtæ repulſam paſſi.

Lepidum illud quod Ieſuitarum ac Capuccinorum ſermone ...ovver ...bacta eſt; Quaſi non conſtaret Orbi, vnde Vrbi illi ...as obuenerit? Sola violandæ fidei libido ciues peſſum de-

Donauverda vnde ſubacta.

dir, Plateæ & publica via Catholicis occluſæ, vetita ſacrorum pompa omnibus retro annis vſurpata, & exiguo in [illegible] limite, quidquid Religionis noſtræ ſupererat. Auxilium Cæſaris implorauere, qui auxilio egebant; Cæſar officii Ciues & pacis publicæ Paſſauij olim ſancitæ admonuit, cum ſurda aure contemnerent, permiſit Duci Bauaro poteſtate rebelles armis coercuit, & quam modo ſeruitutem, quæ tamen nulla eſt, ſeruiunt, ſibi ipſi [illegible] cum lachrymis [illegible] nimium imperando, vt iam pareant ſalubri liberis Ciuitatibus exemplo, vt modum fortunæ ſtatuant, & cunctentur eos extrudere, qui illis quondam locum dedêre.

PLESSIVS.

Àd hæc tenaci memoriâ hæret quæ eodem tempore nomine Rodolphi Imperatoris cum Duce Bauariæ de Generali ac communi in Proteſtantes executione armata, egerit Zollerenſis Comes, Conſilij Cæſarei aulici præſes; quodq; idem ille præſes duas diuerſas tunc effinxerit Relationes, in quarum altera (quæ [illegible] Proteſtantium oculis obduceretur, ſtudio [illegible] batur.) Cæſari Rudolpho indicat, nihil ſe quantumuis omni diligentia [illegible] a [illegible] Bauaro obtinuiſſe, cum is commiſſionibus [illegible] ac executionem [illegible] ſe nullo modo velit. In altera vero, [illegible] declarat, eum eſſe Ducis Bauariæ animum, ſi vbi Maieſtas Cæſarea neceſſaria executionis media commonſtratura ac ſubminiſtratura, de ſuo etiam ac Catholicorum certo ſubſidio abunde proſpectura ſit, & demum caſu generalis contra Proteſtantes executionis omnino [illegible] ſe ſuſcepturum eſſe. Vnde extra omnem dubitationem poſitum [illegible] Vin[illegible] [illegible] initium, eoq; machinationum [illegible] de generali executione contra proteſtantes ſuſcepta progreſſus remoratus fuiſſet, quod Vicinos [illegible], & Ciuitates, præſertim imbecilliores, idem quod Donawerdam mouiſſet periculum, immo etiam potentiores, Dux videlicet VVirtembergicus, Ciuitates Vlma, Norimberga, & cæteræ, quiete & ſecuritate excidiſſent ſua.

FABIVS.

Sermo hic tuus Pleſsi nobilitati tuæ parum decorus, neſcio quæ abſtruſa conſilia profert, certè nunquàm inter principes agitata, ſed apud Caluiniſtas excogitata vt fallerent. Rudolphus Cæſar nullam huiuſmodi executionem Electori Bauaro demandauit; neque vt ſuſciperet, hortatus eſt; fortè eâ tempeſtate Caluiniſtarum exercitus, in Alſatiam irruperat, non Argentinenſi ſolum Epiſcopatui, quem vaſtabat, ſed etiam aliis Catholicis timendus; Hunc motum Elector Bauarus

vt com-

vt comprimeret, Catholicisque auxilio eſſet, & ipſe militem de-legit in Caluiniſtas ducturus, ſi perſeuerarent Catholicos bello petituri. Cæſar igitur, quia illius erat paci publicæ conſulere, [illegible] Comitem ad Bauariæ Principem legauit, ad ſtatum Reipublicæ tranquillandum, non vt Proteſtantium ordines [illegible] inceſſeret, neque enim cauſa erat, cur innoxij plecterentur, ſed turbidi ſolum pacisque violatæ rei compeſcerentur. Quod euenit; comperto enim Bauari apparatu miſere [illegible] Legatos, qui pacem perferrent & auferrent. Atque hæc fuit omnis illa executio, quam tu ad omnes Proteſtantes pertinuiſſe per malitiam effingis. Perculſuros percutimus; nec quiſquam ictum noſtrum ſentit, niſi q[illegible]tulit.

Sed agedum vnde tibi pernotuit arcana illa Comitis relatio? ſi arcana fuit, non emanauit; ſi emanauit, arcana non fuit: at arcana eſſe [illegible], ita eſt & [illegible] etiam, niſi tu eam in lucem protraxiſſes, in arcanis [illegible]: Comes nullam talem ſcripſit, nullam Cæſar legit; tota veſtra eſt, vt lector non neſciat, quanti valeat.

PLESSIVS.

Quod Compilator pag. 22. De Ottone Packio ſpecioſè narrat, id opinione eius a. præ[illegible] concludi ſecus Expreſſe quidem Sleidanus prodit, quamuis Georgius Dux Saxoniæ aliique executionem conſpirationis iſtius meditati fuerint, nihilo tamen minus opinionem & famam inualuiſſe, non fuiſſe illam de nihilo. Adhæc circumſtantiæ temporis loci perſonarum, ac particularia alia ab Ottone Packio vſque adeo fuerunt deſcripta, vt quiuis rerum & actionum publicarum illius temporis peritus facilè intelligat, non ex ſuo cerebro Packium talia produxiſſe. Quæ præterea de Cardinale Truchſeſio de vrbe Norimberga, contra Marchionem Albertum, deque executione Gothanâ adfert, cum huius neque loci, qui nobis hic in Controuerſia, neque inſtituti ſint: merito relinquuntur.

FABIVS.

In impudentiæ circo vt aduerto proueheris Pleſſi, & ſine velo vanitatem in propatulo ſiſtis. Packius praui & ſcelerati vir ingenij, perniciabili mendacio Germaniam certo iam exitio inuoluerat, niſi in tempore comperta fraus, Principes in bellum irritatos placaſſet. Fabricauit ipſe calamo fœdus inter magnos Principes percuſſum, & tantquam furtim exemplum nactus, magna obteſtatione ſilentij ad Haſſum miſit, certum belli in Catholicos incitamentum: monitus conſe-

Packius Germaniæ exitium qua arte molitus.

ſtim & Saxo;arma vterque parat,attonitis omnibus,quo conatus tanti ſpectarent. Commodum fuit cauſarum motus per Germaniam ſcriptis literis more maiorum publicari : atque apud hoſtes denunciare, tum verò pro ſe quiſque innocentiam defendere, confictam omnia dicere, auctorem technæ incuſare : conſedit nonnihil ira : intermiſſa paulliſper arma, proditurque ab Haſſo, & ſiſtitur tanti mali architectus. Sed bene teſte pauidus ac conſcientia vecors, & nec argumenta nec verba ſuppetebant, metuens ſupplicii, niſi Haſſo iuraretur : cordemum etiam eniluit, & profugus inde Antuerpiæ exitioſum crimen capite luit. Huc furentem tot Principum proditorem Caluiniſtici ingenij Caldoniſta Pleſsius, patrocinio ſuo dignatur, ac contra tam illuſtrem Principum turmam nugantium à ſe conceptum aut fœdus, aut facinus, alentem inducit, ſuoque calculo quæ per nefas in magna capita infamis nebulo iactauerat neſanda, comprobat, teſtemq; ne ſolus videatur, falſiloquus Sleidanum dilaudat, a quo improbè, vt lector ipſo in exordio pernoſcat, parũ ingenui ruboris in nobili ſanguine reſidere. Loquatur Sleidanus, auſcultet quiſque adhuc Pleſsij virtutem ac fidem æſtimauit, ſi vnquam habuit, iam amiſit.

Pleßius declaratur proditoris patronus.

,, Hoc ipſo tempore Landgrauius Philippus, & Elector Saxoniæ,
,, conſcriptis copijs ad bellum ſpectabant: eius tamen rei hæc erat cau-
,, ſa. Iureconſultus quidam, Otto Paccius, nobili genere natus, ex pri-
,, mis Georgij Saxoniæ Principis Conſiliarijs vnus, per occaſionem col-
,, loquij Landgrauium admonuit, vti ſuis rebus prouideret. Nuper enim
,, Ferdinandum, Brandeburgicum, Georgium Saxonem, Guilielmum
,, & Ludouicum Bauaros, Moguntinum, Salzburgenſem, Bambergicũ,
,, VVirceburgenſem iniſſe fœdus, ipſius & Saxoniæ Principis, Electo-
,, ris, & opprimendæ cauſa religionis: fidei vero faciendæ cauſa, confœ-
,, derationis exemplum exhibet, archetypum quoque pollicitus. Dum
,, copias illi parant atque bellum, intenti erant omnium animi, quorſum
,, hoc exiret: Nam cauſæ vulgò ferebantur variæ, ſicut fieri conſueuit.
,, Cum verò iam ab omnibus rebus eſſent inſtructi, tunc primum dimiſ-
,, ſis in omnes partes litteris atque nuntiis, fœdus illud ſe detexiſſe de-
,, ris promulgant, & ſimul ij, qui fœdus iniſſe dicebantur, ſcribunt, miſ-
,, ſis Legatis, vt quid ſit ipſorum propoſiti, cognoſcant. Sed illi omnes,
,, pro ſe quiſque ſeparatim, ſeſe purgant, euulgatis literis, & figmentum
,, eſſe, neque doceri poſſe confirmant. Et Georgius quidem Saxoniæ
,, Princeps, Landgrauij ſocer, vrgebat imprimis, vt auctorem ederet: niſi
,, faciat ab ipſo confictum eſſe, motus excitandi, & turbandæ Germa-
,, niæ cauſâ, ſeſe arbitraturum. Primus impetus erat futurus in Epiſcopos
,, vicinos: itaq; ſe comparabant illi, conductis, quas poterant in ea celeri-

tate,

tate, ſopitæ. Cum autem archetypum Paccius exhibere non poſſet, vt promiſerat, ibi Landtgrauius paulo cœpit agere cunctantius: intercesſione demum Palatini ac Treuirenſis Richardi diſceſſum fuit ab armis, ea lege, vt in belli ſumptum, aureorum millia centum dependerent Epiſcopi Landtgrauio. Moguntinus quidem, XL. VVirceburgicus totidem, Banbergicus vicena. Cum deinde ad certum diem, Legati Principum, ad quos ea criminatio pertinebat, conuenirent, Paccius, quem Landtgrauius ibi ſiſtebat, falſi fuit conuictus, & dimiſſus tandem à Landtgrauio, cum annis aliquot apud exteros oberraſſet, Antuerpiæ pœnam capitis luit.

Hæc Schleidanus ex quo æquè falſi conuincitur Pleſsius atque olim Packius ille, vbi enim Pleſsi Schleidanus expreſsè ſcribit poſt [illegible] à Georgio Saxone famam, nihilominus in ea hæſiſſe maculas, vulgique murmure Packij partes probatas, & confirmat [illegible] illam non fuiſſe de nihilo? vbi fuit apud Schleidanum illæ meditati martis, vt [illegible] loquar, circumſtantiæ, Packij delationem non fuiſſe de nihilo arguentes? Quis iam tam vecors eſt, qui Schleidanum legit, qui Pleſſio potius mentienti, quàm tot Principum Sacroſanctis verbis fidem habeat? Publicè Packij dolus expugnatus eſt, diſcuſſus, manifeſtatus, damnatus, & quidem eo tempore, quo commiſſus. Et quid iam primum poſt tot annos lector iudicium mutet & reis Principibus, patibulario nebuloni cauſam addicat? Schleidanus magnus teſtis, quia tuus, Principes infamia liberat; tu eo nomine oneras, quod turbulentæ factioni tuæ ſimilior fuerit Packius, quàm Principes laudat loripedem claudus. De Cardinali Trucſeſſio & Norimbergenſibus aduerſus Brandeburgicum Albertum quia non obnuncias, nihil porro moueo, quia certum eſt, inſidiarum ſæpius ſtrues nobis exprobatas, ab exprobrantibus ortas.

PLESSIVS.

Porro Compilator pag. 23. & ſequenti Vnitos intentione ſua vnicè contra Catholicos collimaſſe, hinc nititur conuincere, quod quam primùm A.C. M. DC. IIX. vnio inſtituta fuiſſet XXX. menſium contributionem, ac poſtea ad annum vſque milleſimum ſexenteſimum decimum ſeptimum, magnam annuatim pecuniæ ſummam contulerit; quod Anno 1618. capita Vnionis motus Bohemicos ſuæ intentioni inſeruientes arripuerint, ac antequam vllus etiam Catholicus ſtatus, immo ipſe Romanorum Imperator laudatiſ-

laudatiſſimæ memoriæ ad propriam ſui defenſionem vnicum etiam virum conſcripſiſſet; apud confœderatis benè notum, magnum Principem ſummo ſtudio inſtiterint, vt aliquot militum, numero XV. M. inſi. mitterentur, &c.

Primum. Quantum ad collatas ſucceſſu temporis Vnitorum contributiones attinet, non iniuria miretur quiſpiam, tam perfrictæ frontis Compilatorem eſſe, vt odioſe talia Vnitis exprobrare auſit, cum nec ipſum nec quemquam in Imperio fugiat, etiam à Romano Catholica Liga (iuxta tenorem tabularum fœderis) peculiares ac certas Ciuitates aſſeruandæ pecuniæ deſtinatas, ſubindeque inſignes admodum ad Ligiſtis pecuniæ ſummas Coloniæ, aliiſque diuerſis in locis depoſitas fuiſſe. Quemadmodum in ipſo eorum de anno 1610. ſad. . . ris receſſu inuenias, magnas dudum ante Conuentum illum contributiones à Ligiſtis congeſtas, quo nonnne Papa ac Hiſpaniarum Rex (vtpote Ligæ membra) ad perſoluendam quiſque portionem exſtantem ſollicitati. In quo eodem Conuentu legatio Epiſcopi Spirenſis, & Frobenij Comitis ab Helfenſtein ad Galliæ Regem, Ducemque Lotharingiæ, vt hos ad S. Ligæ fœdus inuitarent, ac ad roborandum neruum bellicum, Clericorum decimatio communibus ſolenniter ſuffragiis eſt decreta. Similiter & illud vſque adeo perſpectum eſt, vt hominum nemo inficias ire queat, toties iam Citatam illam Ligam Romano Catholicam non ita pridem inſ. . . vltra Montes, ſuſceptâ legatione, à Papa, Principibus, & Republ. Italiæ, ſubſidia pecuniaria & auxilia flagitaſſe. Vnde Candidus Lector omni affectu ſopito iudicet, quâ fide & fronte Vnitis collatas contributiones exprobret, aut vitio vertat auctor Cancellariæ Bauariæ: cum hoc ipſo contra ſe argumenta ſuppeditet, ac omnis illa inſimulatio iure potiori, iiſque terminis longe fortioribus in Ligam Romanenſem poſſit retorqueri?

FABIVS.

Longæ ambages iſtæ, vt in quibus inerret ipſe Pleſsius. Quis crimini vobis dedit, veſtros, quos congeſtis, pecuniarum aceruos? laudis eſt in Reipubl. bonum domi parſimoniâ vti, publicè liberalem eſſe: fecere hoc idem non ſine futurâ poſterorum gratâ memoriâ Catholici Principes: neque hoc in genere vobis iraſcimur, ſed iraſcimur, quod veſtra protuleritis malum ob finem, non in ſalutem Imperii, ſed in interitum tamdiu florentiſsimi inter tot hoſtes Regni: ſedebat vobis arma inferre, non propulſare; auebatis nos noſtris exuere, non veſtra tueri, vim inferre, non arcere. Hoc inter ſcelera numeratur, hoc impiæ culpæ datur, hoc hoſtili violentiæ; nec res, ſed rei cauſa apud vos in noxâ eſt; & tu ſueto Caluiniſtis aſtu, præteris id ſolum, quod ſolū diluendum erat. Auctor Cācellariæ refert vos ærarium compleſſe ad id proſequendum, quod capita veſtræ Vnionis pridem in Catholicos decreuerant;

nerant; Erat illis iam deliberatum, ſi oblitus technæ es, quam texuiſti, ſociatis externi Principis opibus, Alſatiam inuadere, captam Palatinæ poteſtatis facere, immò vero, maius opus moueo, Oceano Adriaticum æquor immittere perpetuatâ vndarum ditione, ne quid per mare Catholicis ſupereſſet; eam certe in rem aditus Italiæ per Alpina Impedimenta milite aperiendos veſtri cenſuerunt; moram tantum attulit difficilis occultatio delectus, numeroſioris exercitus, quindecim enim millibus rerum initia facere placebat. Interea Mansfeldius centuriatis iam duabus Legionibus, & quadringentis Equitibus, quos ære Sabaudico ſuſtentabat ad Palatini Imperium; duo præterea millia per Anſbachij ditionem ſine auctoramento vagi præſtolabantur occaſionem, nactique mox opportuniſſimam apud turbulentos Bohemos, ergà Regem ſuum fidem exuentes, pars in Societatem iêre rebellium Duce Mansfeldio. Coactæ interim & alibi copiæ, cæpitque ipſa etiam Germania tremere increſcentem vim hoſtium, ignara quò potiſsimum tenderent arma. Nos in fædere noſtro iciendo, neminem vnum ex Vnitis quem peteremus, delegimus, nulli cladem meditati, nulli minantes; vnus nobis finis erat ſtare; & ſi inferretur, vim excipere, ideoque vobis iure obiectamus impios veſtros labores, in noſtrum malum impenſos; Iam perieramus ſi perdere licuiſſet. Gladius noſter ſtrictus, veſtrum vaginæ reddidit.

Ipſi quoq; Italiæ inſidiati.

PLESSIVS.

Secundo vt ad Tractatum illum ac negotia cum Principe extero acta veniamus, iſtius nomen Compilator ſtudioſo ſilentio, vt plurimum celat. Nunc parum memor de Sabaudiæ Duce interpretatur: Cæterùm de hoc liquidum ſatis eſt, Principem eum eſſe Imperij, originemq; ſuam ex ſtemmate Saxonico Electorali deduxere; Ex Regionum ac populorum multitudine, potentia redituum vbertate, diuitijs ſimul pollet; maiores eiuſdem, ipſe ac filius natu maior præcipuis Orbis Christiani Regibus Galliæ, Hiſpaniæ & Portugalliæ affinitate coniuncti ſunt. Quâ etiam pollet dignitatis prærogatiuâ præ omnibus Italiæ Principibus, ipſum magnum Hetruriæ Ducem præcedit. Nam Pius V. in Bullâ, quâ Coſmo Mediceo ſublimatas magni Ducis collata, Duci Sabaudiæ expreſsè hanc prærogatiuam reſeruauit. Hic inſuper titulum & dignitatem Vicariatus Imperij obtinet perpetuum; Hic deniq; Dux, tunc cum in Gallijs Liga exſpiraſſet, Henricum IIII ac Regem item Magnæ Britanniæ ſingularis amicitiæ nexu, quam correſpondentiam hodie vulgus nominat, iam arctè ſibi deuinxit, vt nec in hodiernum vſque diem rumpi potuerit. Vnde portenti non eſt loco, quod Elector Palatinus, & cæteri Vniti, duorum Regum imitati exemplum, eodem ſe nexu cum Duce illo ſe copularunt. Quæ mutua amicitia tum maximè Sabaudiæ Duci profuit, cum Hi-

ſpani pace et renunciatâ oppugnare eum adgreßi fuerunt, maximè tunc, quum Gubernator Mediolanenſis Don Pedro de Toledo I V. militum millibus ſtipatus Hiſpaniarum Regis nomine in Pedemontium hoſtilem feciſſet impetum. Cum enim Don Pedro ille Vrbem Vercellas corona aliquamdiu cinctam certu conditionibus cepiſſet, ac reliquia totius Regionis extremo in periculo fluctuarent; Dux Sabaudiæ inter alia Vnitorum quoque opem implorans, iiſdem temporibus in Germaniâ aliquot millia ſub ſigna Comitis Mansfeldij coegit, in Pedemontanam deduxit. Pace & ἀμνηστία iam ſancita, ac reſtitutione Vrbis Vercellarum confirmatâ, nihilo-ſecius Sabaudiæ Dux ſub clypeo pacem tutiſsimè retineri ratus, armis (ſic enim in articulis pacis ſpecialiter ſibi reſeruarat) nudare ſe noluit: ſed Comiti potius Mansfeldico de neceſſaria pecunia in Germania proſpexit, quâ melioris notæ officiarios ductoresque militum in omnem euentum ſub ſtipendijs ſuis, in promptu haberet.

F A B I V S.

Caluiniſtæ à Sabaudo, & quod fœdius à Turca opem petunt, non ſua defenſuri, ſed aliena inuaſuri.

Superuacanea tua Rhetorica eſt Pleſsi, qua Sabaudiæ Ducem apud nos tam operosè extollis, quaſi apud Indos perorares. Nouimus & nos magnitudinem eius, neq; reprehenderemus vos, ſi vim paſsi, opis cauſa eius fores pulſaſſetis; neceſsitas Ius facit, ne tuum amittas, potentiores dextras prehendere. Sed quid Iuris vos amoliri eratis in Imperio? Vos nobis noſtrum ibatis ereptum, & auxilium quæſitum eſt, ad bellum Ciuile ſuſcitandum, immo ad bellum Imperatori Domino veſtro inferendum, vt non ſolum hoſtes, ignobili titulo, ſed & perduelles eſſetis illuſtriore notâ. Quamquam Veniam aliquam fortaſſe meruiſſetis, ſi quocunq; tandem affectu ad hunc ſolum, alioſq; Chriſtianos Principes reſpexiſſetis; Ignoſci non poteſt, ad aram Turcicam etiam concurſum, ad capitalem Chriſti hoſtem, vt adnitentibus Chriſtianis auxilio Turcarum Chriſtiani Imperio pellerentur, æterno nominis veſtri opprobrio. Magnoperè autem hoc loco ſcire deſidero, quid cauſæ fuerit, retenti in Germaniâ militis Sabaudiani? an Duci illi Allobrogi in Germaniâ bellum? An limites defendendi aduerſus Spirenſem aut Wormatienſem, incurſantes Epiſcopos? Stabant ipſi in medio præda, iamque Caluiniana Hyæna rictû panderat ad vtrumque glutiendum, antequam aliò maiore mole arma verterentur. Beneficio Itali miles ille Mansfeldianûs Palatini erat, in quoſcunque vſus, aut neceſſitates libido, expoſceret. Ergo dum ingenia ſudant, & rei atroci inchoandæ ſpecioſior ceruſſa oblinitur: forte in Bohemia (Palatina arte) tumultuantur; Regij Senatores per violentiâ ſublimibus è feneſtris deijciuntur, quiſquis ſidei retinens in exilium abit, aut mittitur, Rex ipſe demum inſigni audaciâ à furentibus exauctoratur: nuda temeritas diu

tua

tuta eſſe non poterat; auxilium proximum erat Palatini miles, alieno nomine fallens. Ergo ad principia turbarum firmanda in Bohemiam prouolat: & cuius aliàs auſpicijs quàm Palatini, cuius Imperio parebat? omnino, & ita quidem, vt vno alteroue dempto reliquis Vniſtarum in occulto eſſet, cuius ærario ſtipendia ſoluerentur, cum tempore manifeſtaturis conſcijs arcanum.

P L E S S I V S.

Eodem temporis ſpatio accidit Pragæ, vt ex Patientia ſæpius læſa furor exardeſceret, ac Bohemicos Status metus haud temerarius inceſſeret, ne clandeſtinis aduerſariorum ac perfidorum ſympatriotarum molitionibus, de Directorum ac Euangelicorum vita, regno, libertate, litteris maieſtatis, alijſq; Priuilegijs longe cariſſimis, periclitarentur, quibus ſe obligatos agnoſcentes Bohemi, ad conſeruationem vitæ, libertatis, & religionis arma defenſiua parantes, oblationem Comitis Mansfeldij (cui quis id per Ducem, cuius merebatur ſtipendia, licuiſſe negei?) ambabus, quod aiunt, manibus ac gratijs arctu arripuerunt, ac mox Comitis illius acceſſione tribus aut quatuor millibus ſeſe auctos viderunt. Tantam igitur Ducis Sabaudiæ, Romano-Catholici Principis, propter cauſas politicas, auxiliandi promptitudinem Elector Palatinus, ſtatuſq; Euangelici alij prohibere debuerunt? Quin potius illo tempore negotium Bohemicum, quâ in Imperio, quà extra Imperium, pro communi Euangelicorum cauſa habitum fuit. Nec inde tamen ſequitur, quicquam in Cæſaream tum Maieſtatem dolo malo tentatum fuiſſe. Id quod in centone illo Bauarico lectoribus tanquam fidei articulus obtruditur.

F A B I V S.

Si nobis Catholicis tam mens hebetet, quam tibi ſermo vacillat, pondus fortaſsè verbis tuis ineſſet: nunc actum agis: pueri olim fuimus, vos iam eſtis cum tam hirſutis mentis: Furor ſine dubio rebelles inceſsit, ſed illum vobis iniecit non patientia læſa à quoquam: verum Caluiniſtica Impatientia ex libidine rei nouandi concepta. Quid iuſtæ bilis mihi concitet, ſi prohibear templa ſtatuere in alieno ſolo, cum habeam alibi, quæ non inuiſo? Templa Caluiniſtis non defuere; pietas defuit, & tamen prætexebatur. At in aulâ Cæſareâ periculum gliſcebat à popularibus? Ecquid autem eos Bohemia eieciſtis? Qui periculoſi ſunt, potius mecum ſint, vt obſeruem inſidiantes, & vitem. Mansfeldius ergo, vti ſecuri temneretis Matthiæ Cæſaris iram in vos inauditâ immanitate concitam, in Bohemiam accitus, vt eam prius perderet, quam amitteret: ſed audi Sodes Pleſsi, peneſne Mansfeldium fuit, militem quoquo vellet ducere? ſciente & volente Allobroge?

Palatinus militem in Bohemiam miſit.

nugas recenſes, Palatinus miſit, lætus belli quæſiti talia dari initia, quæ feciſſet. Pedemontius principio alia de cauſa militem vobis ſuppeditauit: lactaueratis eum neſcio qua ſpe Regni, ſed arte maluiſtis ſubdola alienis opibus, non res alienas, ſed veſtras augere. Itaque Palatinus copias in Bohemiam immiſit, nequaquam imperio Sabaudi: ſed ſuo, quia primus turbatam Rempublicam voluit, primus turbauit, vt Primus fieret: neque alijs cauſa fuit Palatini tam pudenda veſtigia ſequendi, quia Bohemorum iniuria, qua nulla affecti ſunt, non fuit Principum in Imperio iniuria. Quid Palatino, quid cæteris ex Vnione proceribus cum Bohemia? an id ijs munus incubuit, vt ſuppetias rebellibus ferrent? At per vim & acerbitatem regebantur: & quis partes ad tribunal vocauit? quis diſceptantes audiuit? quis rerum Argumentorumq; momenta librauit? Palatinus aliuſue? vnde illi ſceptrum in alieno Regno? quod ei prætorium in Regno Bohemiæ? Cauſa communis? erat, inquis, quæ eſt iſta cauſa communis? Caluiniſtæ in Bohemia inſaniebant, hæc ne vobiſcum Inſania communis? immo vero; alioqui domi in otio conſediſſetis tot cladium vindice ferro acceptarum immunes. Quæ eſt iſta veſtra communitas, liceat ſic loqui? An ſicut Bohemi omnia ad effrenatam cupidinem ſuam ſpreto Regis Imperio ſtatuere in Bohemia volebant, ita vos cogitabatis in Germania? Quid? vos Caluiniſtæ omnia pro arroganti arbitratu poſtulabatis in Imperio, quibus in Imperio nihil omnino debebatur? libertatem alienam ſedebat vobis veſtram facere, & cupiebatis alios alibi turbantes, ne in Germania ciere tumultus vobis indecorum eſſet: Iterum interrogo, quid vobis commune cum Bohemis fuit? an ab improba ſtructura repulſæ dolor? Quid ad vos templum Bohemicum? Ergo exemplo tam audaci & vobis decretum erat in aliorũ terra Caluiniana fana ſtruere? an commune vobiſcum fuit illud ſcelus, quo ſ[illegible] fuere ex alto Regni Senatores? Ergo & vos cõſcii, & in hac immanitate ſocij? an vobis communis fuit rebellio? Ergo & vos in Dñm arma parabatis, imò vero parabatis, & quamprimum alij Tympanũ pulſauere, vos accurriſtis ad bellum, quod cõmune futurũ erat, quia cõmunia iam olim erant conſilia. Sed quid ego iſta exagito: nihil hoſtile mouebatur aduerſus Cæſarem, aiunt: quo ergo pertinebant arma? an qui Cæſareum Senatum in exitium præcipitat, & hoſtium loco habet, nihil contra Cæſarem molitur? Quem petituri veſtro eratis milite? Quos hoſtes iudicaueratis, aut iam Bohemiâ ſponte exceſſerant: aut hoſtiliter pulſi abierunt: quid ab ijs omnium rerum egenis metus erat vobis? Rex veſter. Cæſar ipſe petebatur, non vt aliter apud vos regnaret, ſed ne omnino regnaret. Alius iam fabrefactus Rex erat, ſub ſipario adhuc deli-

teſcens,

teſcens, proditurus paulò poſt in ſcenam cruentam: prodiit, egit, & poſita perſona procul abijt, funeſtâ, cataſtrophe, & poſteris metuenda.

PLESSIVS

Quippe nouerunt omnes, & veritati in fundamento conſonum eſt, nullam initio fuiſſe Bohemis animum quidquam aduerſus Regem ſuum Matthiam attentandi, ſed tantum cum Regni officiarijs, vt cum apertis & acerbiſsimis inimicis ſuis, rem ſibi eſſe exiſtimaſſe; prout ipſi nullam vnquam à Cæſareâ Maieſtate defectionem cogitarunt, ſed obedientiſsimos potius ſubditos ſeſe dictu & ſcriptis publicè (quod nec ipſe Compilator, pag. 32. in ſecundo membro Princip. diffitetur, & in Apologetico ſcripto Auſtriacorum ſupra Amaſum expreſſum eſt, profeſsi; clementiſsimam grauaminum auctruncationem, & contra aduerſarios ſuos Iuſtitiæ adminiſtrationem votis omnibus ac precibus humilimis expetiuerunt, ac ſic quidem hic prudentiores, peritioreſque multi iudicant, ipſum Matthiam Cæſarem, ſi neutrius partis fautor iudicem ſe in cauſa Bohemorum contra aduerſarios declaraſſet, ad cognitionem cauſæ ſe obtuliſſet, in partes officiariorum prouincialium non receßiſſet, omnem modum facile ab illo ſopiri, regnum à turbis vlterioribus vindicari, priſtinæ quieti ac tranquillitati reddi potuiſſe..

FABIVS.

Adeo non eſt veritas, quam tu prædicas, vt ſit manifeſta vanitas. Cæſarem verbo compellaſtis, re ipſa ſolio eius inſidiati. Gubernatorum nomen duntaxat obtentum, & neſcio quæ iniuriarum ab ipſis illatarum ſpecies. An innocentiã mihi mea probãt varba, cum facinora admitto? an obſequens appellari poſſum cũ iugum excutio? Quæ fuit iſta veſtra proteſtatio? Cæſarem agnoſcimus Regem, & nos nos regia facimus. Cæſar pretorio præfectos mittit, nos remittimus, & quidem honoris cauſa per feneſtras. Cæſar benigne nos compellat, & quieta conſilia ſuadet, nos in ſuadentem arma ſumimus. Hæccine obaudientium facta, quæ ſunt rebellium? Agite & audite Caluiniſtæ factioſi, qui meorum hoſtis eſt, meus eſt, ait Cæſar, ſi deprecati fuiſtis tanta obteſtatione duriora conſiliariorum imperia, quoties ea de re legationem expediuiſtis Viẽnam? quæ velamẽta ſupplicũ prætendiſtis? quot libellos Cæſaris dextræ obtuliſtis? quæ tanti mali querelæ? Et quod adeo pondus intolerabile humeros veſtros curuarit? Templum nondũ extructum in veſtrum dorſum incubuit, Templum ad nullos vſus deſtinatum niſi ad experimentum nimiæ licentiæ. Non egebatis Caluiniſtæ, ſed vt alij. non ita multò poſt, egerent; aperienda inſolenti inſaniæ via fuit. Inficiari haud dubiè, Pleſsi, perges, & mali origenem

Caluiniſtæ Cæſarem verbo cõpellabant & re ipſa eũ ſolio exturbare nitebantur.

aliunde accerſere, imò accerſis cum ais occupare omnia Cæſaré potuiſſe, ſi medium ſe Iudicem inter controuertentes exhibuiſſet. Quid inquis Pleſſi, vos Iudicem demum appellatis poſt Iudicium, poſt ſententiam, poſt reos damnatos, poſt mulctatos, poſt deiectos, Tarpeio de Saxo inſontes proceres? Quid iudicij Cæſari ſupererat? denuone reſupinandi fuerunt, qui ægre ſurrexerant? Volandumne rurſus ijs, qui cœlo ſuccolante mortem iam euaſerant? an in vos potius ſceptrum porrigendum, & vindex ſtatuendus? tamen nemo vnus ex tanto numero flagitium admiſit, nemo crimen; Patriæ ſeruandæ ſtudio, boni communis amore omnia perpetraſtis, nam ne hæc cum bonis periret, bonos eieciſtis. Quis hoc reprehendat? ita eſt: ſi Cæſar Pragam properaſſet, vos ſententiam Cæſari dixiſſetis, Iudici iudicandi, reo plectendi. Sententia hæc fuiſſet: abdica Rex magiſtratum tuum; ſuſfice noſtrum ſceptrum tu tene, nos vtemur, Rex voceris, nos erimus: certè inter Regias prærogatiuas vna & vltima fuiſſet, fac quæ iubemus omnia.

PLESSIVS.

Verum enim vero cum Ordines Bohemici Dominum Kain aliosque in Bohemiam exploratum tantum, mutuamque in regno diffidentiam conciliatum ablegatos; Comitem vero Buquoium, qui vndique corraſum, & partim à confinibus Vngariæ auocatum militem ſine mora in Bohemiam deduceret, è Belgio ſubitò accerſitum intelligerent; atque ex eo plurimos aulæ Cæſareæ aſſeclas in ſinum gaudere, à Bohemis tandem ipſis anſam Auſtriacis datam regnum armatá manu ſub iugum reducendi, Ordineſque omnibus Iuribus, Priuilegijs, ſimul etiam non ita pridem impetratis. Maieſtatis litteris, iure belli, vti iactarunt, priuandi, Comitem etiam Buquoium ſuſcipiendæ contra Bohemos expeditioni (quemadmodum Albanus Dux ante L. olim annos ex Hiſpania cum ſimili inſtructione contra Belgas venerat) aduocatum conſpicerent, certe haud leuiter Bohemorum animi mutati ac abalienati fuerunt, & nihilominus tamen ſemper ſe fideles Matthiæ Cæſaris ſubditos manſuros eſſe proteſtati ſunt, adeo inculpatæ limites tutelæ nunquam egreſſi, vt primum etiam ictum (cum ſanè præuentione vti, & ſuum militem extra Regnum educere potuiſſent) in Bohemico ſolo exſpectauerint.

FABIVS.

Quid non præſtitere Bohemi, vt Regi ſe ſubijcerent? Quis alia maiora ab illis deſideret: nemo ſanus certè, quia hæc nimia ſunt, Regis ſui Legatum accuſant Bohemi, Caluiniſtarum artes in Bohemia tacitantem, exploratum aiunt is dumtaxat venerat; quomodo vero exploratum? quaſi vero ſolus ipſe neſciſſet, quod omnis Orbis nouerat? an

in ar-

in arcano, ſolo lucente, curiam intraſtis, & inde nemine præter ſuperos conſcio deieciſtis Regni proceres? an in exilium alios abegiſtis, & nullus vaſa colligentes, aut ſpoliatos in abitu vidit? an tum, cum nouum ſenatum legiſtis, ſpecioſoque nominis ambitu Directores indigetaſtis? Ciuitas Praga alio cõmigrarat, vt quid fieret, ignoraret? an cum tympana increpuerunt, & impia in Regem arma magno terrore quaſſata nemo audiuit? Audiuimus omnia diſsiti; nouimus omnia, exteri, etiam veſtram temeritatem. At fortaſſe Legatus inueſtigatum venerat rebellium capita? & hæc non ignota erant; nam non tectè, ſed luce palam publico in loco, aperto vultu & fronte ſeſe operi non ſatis honeſto accinxére Turnius, Ruppoa, Felſius, Schlickius & reliqua rebellium iurata manus. Itaque Scelus notum, noti ſceleris Auctores erant. Exploratoris igitur nomen conuitio veſtro fert Legatus: quod ſi veſtrorum quoſdam, mitius aut acriùs, ad obſequium veri Regis hortatus eſt, ritè & ordine fecit, nullo diſcordiæ veſtræ reſpectu: Diſcordia enim laudabilis eſt, cum meliores à malis ſegregantur, nemo bonus alterius obedientia offenditur; quem aliorum emendatio mordet, deſperatus eſt, neque vnquam ad meliorem frugem reducitur.

PLESSIVS.

Aſt cum in viuis eſſe Matthias Cæſar deſiiſſet, inde diffidentia, animorumque exulceratio quotidianum incrementum cepiſſet, denique in conuentu illo, qui eligendo Cæſari Francofurti habebatur, ſtatuum Bohemicorum Legatus, qui in Vienna hærebant, omni illis præcluſâ & denegatâ audientiâ, re infectâ domum redeundum fuiſſet, cum tamen vitatis extremis media via, vt longè tutior meritò eligi debuiſſet: (quod ſi vel Daniel, vel VVolfgangus, Moguntini Electores, clauum Francofurti tenuiſſent, proculdubio feciſſent,) tum ferè ſtatim in conſpectu totius Imperij & Europæ illata publica contumelia & iniuria [illegible] enim illi accipiebant) non directorum ſolummodo ac primorum populi [illegible] omnium etiam regnicolarum & nationis vniuerſæ ſpicula inſtar acuta [illegible] penetrauit corda, tantoque cum dolore pectoribus ac oſſibus inhæſit, vt vniuerſales animorum illæ, quas cernentes horremus, alienationes & pernicioſiſſimæ mutationes inſequutæ fuerint.

FABIVS.

Iuſtitium hic habet Cæſar; in Imperij Septemuiros [illegible] Bohemicam iram acuentes, haud magna prudentiæ ſunt. Maior enim ratio habenda fuiſſet dignitatis eorum, qui ab Ordinibus Regni Francofurtum mittebantur ad Cæſarem dicendum Bohemiæ nomine, nullo tum Rege, ſed tantum abfuit, vt ad ampliſsimi illius Senatus con-

tus conſeſſum admitterentur, vt ne audirentur quidem quantumuis ex propinquo Electorum aures ſollicitarent. Vixiſſet Daniel, vixiſſet VVolfgangus ſummi Moguntinorum Antiſtites, ciuiliùs egiſſent, vtque ſummam ignominiam euitarent, media aliqua inueniſſent, quibus ſi nihil Iuri Bohemico deferretur, honori ſaltem conſultum foret. Nunc Legati in oculis totius Imperij, admirante totâ Europâ, nullo loco habiti, ſpreti, reiecti, Bohemiam vniuerſam acerbâ ignominiâ affecêre, & ad vltimæ deſperationis conſilia adegère. Verſat altam mentem repulſæ pudor & dolor: Si nihil aliud contemptis reſtat, vindicta reſtat. Si Cæſarem creare non licet, alium Regem creare licebit; petatur ex alienâ ignominiâ, redemium noſtræ: Satin' ſanus es Pleſsi? ſi ignominia Francofurti accepta eſt, Caluiniſtarum imprudentiâ accepta eſt: cur ad procerum conuentus Legatos mittitis? an edicto & vos Moguntino acciti? quid ad purpuratorum Senatum aſpiras ſine purpurâ Regi veſtro in illo Senatu ſella eſt, nulla vobis, nimis humilibus pro tam ſublimi throno: ſed vt amentia veſtra mundo teſtatior eſſet, Regi veſtro munus eligēdi ſuum, abrogatum profecti fuiſtis, antequam regno eum excidiſſe declararetis. Adhuc Rex fuit, ergo & Elector: quid igitur vobis negotij Francofurti? attamen honor illibatus manere Legatis debebat: Qui[illegible]? Electores? nihil illi minuere, ſed non conceſsēre duntaxat illum, qui alteri debebatur. At hoc ipſum dedecus fuit, non acceptum eſſe, quod petebatur: dedecus imo fuit petere: aliena nec honeſtè petuntur, neq; honeſtè conceduntur; ſi ſuperbia ob hoc rubet, ſi ægreſcit, ſi inſanit, non id aliorum vitio tribuitur, tribuitur immodeſtè petenti. Impudentia pœnam habet, & eò maiorem, quò maior fuit repulſa. Sed ratio haberi poterat tantæ nobilitatis; Legati enim multarum imaginum erant & qui inter auos aliquot Æmilianos numerabant; acerbior his ſenſus eſt, quam vulgi. Itaque dandus iniquitati locus fuiſſet, ne quid maculæ altitudini ſtemmatis aſpergeretur; at illa iam contracta fuit, cùm perſonam Septemuiri arrogarent: Turpis acceſſus fuit, alius receſſus eſſe non potuit: Puto & Cæſarem nobilem eſſe, & ignominiæ impatientem: quare ergo illũ ſurgere oportuiſſet, vt Bohemi Caluiniſtæ ſaluo pudore ſederent, & Cæſarem eligerent, qui Reges ferre non ſueuere, ſed agere.

PLESSIVS.

Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, ex eo, quod periclitantibus Bohemis Mansfeldius praſtò fuit, ineptè concludi, quidquam in Cæſarem Matthiam motos Bohemos eſſe, quem, quamdiu vixit, vt dominum ac Regem venerati ſunt. Nunc de XV. CIↃ militum exercitu quod dicitur, hoc ſanè coniecturâ aſſequi licet, iſtius

cet, iſtius conſilij fuiſſe originem, quod Pontificij validiſsima apud Papam, Hiſpanum, Gallum, Polonum, auxilia ſolicitantes, Vnitis metum incuſſerunt: ne ſuccumbentibus Bohemis, calore (vt nunc euentus comprobat) victoriæ ad vicinos Proteſtantes tranſiret incendium, atq; hac de cauſa apud ſæpius dictum Ducem mentionem factam de XV. M. illis militibus, & hunc quidem ab eiuſmodi ſuccurſu non alienum fuiſſe. Quod in Principe illo magnanimo, & altiſsima aſpirante mirum haud eſt: qui etiam multis ante, quam Vnio conſtitueretur annis, Euangelici cuiuſdam Principis, etiamnum viuentis in priuatis negotiis, legato per hominum ſuorum fideliſsimos clam innuit, ſi quando Vacatione Imperij & noua contingente Electione ipſe inter alias idoneas perſonas, numero eligendorum dignus accenſeretur, pro ſummo ſe id cum ſibi, tum familiæ ſuæ honore & fælicitate reputaturum eſſe: ipſi porro Auſtriaci ac Hiſpani omnium optime norunt, quas cauſas ipſi dederint, vt minus æquo animo in ipſos hactenus fuerit. Sanè neminem clam eſt, à Cæſarianis illum, horumq; proceſsibus Aulicis in controuerſiâ quondam cum Duce Mantuæ non leuiter offenſum, vt ſcriptum etiam latinum, quo proceſſuum illorum iniquitas deducitur, & publicè edendum, diuulgandumque curauerit. aucta quoq; ex eo offenſio, quod ſpretâ domo Sabaudicâ, cum aduerſarij eius, Ducis nempe Mantuani, Principis dignitate & potentiâ longè inferioris, ſorore prælatum eſt matrimonium. Contra Hiſpanos verò vetus illud & à Patre hæreditarium adhuc odium viget, quod ſententia ſua Carolus V. Friderico Mantuæ Duci, Marchionatum Monteferratenſem contra omne Ius, faſq; adiudicauit, eo ſolum fine, ne Dux Mantuanus contrariâ irritatus ſententiâ à Carolo V. ad Franciſcum Galliarum Regem tranſiret. adhæc illud quoq; firmandæ inter Sabaudum & Hiſpanum amicitiæ neutiquam eſt, quod ab his pacta eius Dotalia, clauſula præſertim Mediolanenſem Ducatum concernens in Controuerſiam vocatur. quod animum eius tantoperè pupugit, vt cum defuncto olim Galliarum Rege arctiſsimum fœdus contraxerit, ac moderni Galliarum Regis ſororem primogenito ſuo vxorem impetrarit: quo dubio procul de fulcro aliquo validiori, cui in tuendis pactis Dotalibus inniteretur, certus eſſet.

FABIVS.

Imo verò nihil apparet ex memoratis ſupra præter tuam fraudē, qua lectorem conaris innectere, apertè enim vanum eſt, Bohemos in officio erga Regem Matthiam perſtitiſſe. At Regem appellarūt ad tumbam vſque: Quo mihi nomen honoris & nuda illudentium appellatio; quē Regē vocaſtis, vt hoſtē tractaſtis, euerſuri quoque, & euerſi, demū Regios titulos omiſſuri. Quorſum enim tanti militis delectus? an redeuntem ad vos Regem excepturi eratis, an reditum eius prohibituri? Iam animis fixum erat Auſtriacum dominatum tollere, & quidē concitante Heidelbergenſium curiâ, quæ Mansfeldium ſuppetiatum ire iuſsit,

donec maiore cum exercitu, quem aliunde poſcebat, & exſpectabat, æquas Auſtriacæ potentiæ vires adferret: ſciens enim aduerſus teſtem animum tuum loqueris, cum ſcribis apparatum maioris belli ſaluti terrarum à vobis inſtitutum. Arma vobis quæ defenderent non ſumpta, ſed quæ innocentiæ fidentes ac ſecuros, offenderent. Quem enim metuebatis? nullus Ligæ Principum milites vllos centuriabat. Solus Cæſar conquiſitionem bellatorum inſtituit aduerſus ingruentes rebelles: quæ vobis cauſa timoris? nullus apud vos metus erat; audacia animos fecit, & opportunitas Bohemici tumultus per iniqua rapiendi aliena, & augendi veſtra, Cæſar partæ apud Bohemos victoriæ in vos bellum non vertiſſet, neq; quod hic dicis formidini erat. Poſtea enim cum victricia arma circumferret, ac potiſsimas vires fregiſſet, petentibus melioribus Vnitis, arbitrante Spinola pacem Moguntiæ conceſsit: vos hauſtâ ex ſollicitudine coniectura feſellit, ſi tamen id fallere poteſt, quod nunquam fuit: bellum mihi facturus, bellum meum timere non potes, Deinde nolim te noſtro exemplo excuſatum, Vos primi in fædus iuiſtis, ſequuti ſumus, quia contra nos, vt erat, rebamur. Vos in Alſatiam irrupiſtis, nos vt noſtra ſtarent ſalua, militiæ quoq; primordia oſtendimus, cum vobis mox gelidus circum præcordia ſanguis pacem ſuaſit, vt opportuniore tempore bellum eſſet. Sapit piſcator ictus, quidni & nos? Vigilauimus ergo intentiùs, externam etiam opem implorantes, non ad vllius iniuriam, ſed ad tuendam innocentiam. Primi iterum vos ad Bohemicum claſsicum armamentaria recluſiſtis, primi rurſus Marti litaſtis, denuntiato per inſolentes minas bello. arma igitur noſtra quia concitaſtis habuiſtis, & verò etiam ſenſiſtis. Sabaudiæ Principem noli mihi regerere, licuit tibi in euentum de Corona Imperij agere, licuit illi, ſi eligeretur amplecti: hæc litis noſtræ non interſunt, hoc intereſt armis illius per ſubdolam ſimulationem obtentis, de Imperio eius non cogitabatis, ſed de veſtro, & vt veſtrum eſſet, iam deſtinatum erat, nos omnes perdere. Diſcordiam Sabaudi & eius cauſas cum domo Auſtriacâ, hic componere mihi nequaquam viſum: quanta quanta ea ſit, facinora veſtra non eleuat: de magno illo Allobroge nihil querimur, ipſe de vobis potius queri habet, quippè perfidioſis, & blandiloquis deceptoribus. Panegyricum illi hic tu quidem recitas, non neſcius quid alibi de eo ſenſeritis, & ſcripſeritis. Nuper volumen Heidelbergæ captæ repertum in lucem prodijt, indignum in modum famam eius lacerans; Vos Caluiniſtæ laudatis Principes Eſuri; ſatiati in beneficos ſtomachum effunditis. At tu etiam augendo odio flabra ex Cæſareis nuptijs mutuaris, quaſi abſq; Caluiniſtarum nutu fas Cæſari non eſſet per delectum ſponſam in Thorū adſciſce-

adſciſcere?hancaut illam deligat,nulli iniuriam irrogat. Vbi vna dũtaxat ducenda,plures Domus honorari non poſſunt, ſed nec cõtemni. In innocuâ ſponſi libertate,quæ ſi vſquam aliàs, hâc in re valere debet, quia amittitur. Quod autem Pademontij, Mantuanique ſtemma committis comparatione tua,pro more agis Caluiniſtico,ad ciendas turbas paratus, ſed fruſtra ob vnius magnitudinem altera domus non decreſcit;& tu haudquaquam feriò adularis, ſed maleuolentiæ telo alium figere vis,ſcis quem intelligam.

PLESSIVS.

Particularia hæcce ideo potiſſimùm produximus, vt lector vel manu tangat,cui innixus fundamento Compilator ſolos Vnitos,Capita præſertim,& Directores,eorundemque Conſiliarios,ſuſcitatæ omnis diſcordiæ in orbe Chriſtiano, ac tumultus inſimulet,reliquos omnes acquieuiſſe, nihil de quo grauati quererentur, habuiſſe adſerat. Tandem Italicum Principem externa ac peregrina affectare Imperia, nihil noui eſt; ſic enim poſtremò mortuos binos Ferrariæ & Parmæ Duces Poloniæ Regnum appetiuiſſe, ac in Italia Bohemicum & Vngaricum Regna non minus, quàm Polonicum, pro Electiuis haberi certum eſt. Occupatio autem locorum quorundam in tranſitu per Alſatiam, de qua agitatum fuiſſe dicunt, etiam ſi res ita haberet, tanti tamen momenti non eſſet, vt adeò inſolens alicui videri queat. Dux ſiquidem ille, vtpote belli peritior, ita à proprio territorio diſcedere noluiſſet, niſi quo recederet, habuiſſet,vt in omnem euentum per occupata loca in proprium ſecurus redire poſſet. Certè Henricus II. Galliæ Rex in fœdere, quod cum Saxoniæ Electore Mauritio pepigit, ad ſecurum ex Germania reditum occupationem aliquot vrbium,inprimis Camerici, Metenſis ac Tullij, expreſſè pactus fuit.

FABIVS.

Nos in Cancellaria Anhaltina eos nominauimus turbarum auctores,qui fuêre;Conſiliarius tu, ſi malus non fuiſſes, haudquaquam malè te haberet malos Conſiliarios reprehendi. Fruſtrà es; nullâ eloquentiâ tuas tuorũq; temerarias molitiones minues. Supereſt ſubinde in Conſiliario prudentia, etſi probitas,prima virtus abſit: vos vtraq; deſeruit,& vt ſapientiſſimè cogitaueritis, ſtultiſſimè egiſtis: quæ eſt enim prudentia alieni Regni prædam ſuadere? cum vindice naturâ & experientiâ teſte male parta, male dilabãtur: retrò mihi in omnes ætates abi, quot reperies optatos eorũ exitus,qui ſe Reges fecêre alieno diademate? ſpolijs plurimi impleuêre patriã,vt patria ſpoliũ fieret,exẽpla nõ adduco, quod pleni libri ſint,& niſi eſſent, lamentabile exemplum veſtrum totos Annales impleret. Quæ omnia acceperitis neſcio, omnia

Digitized by Google

amiſiſſe ſcio. Hæc ſcilicet eſt decantata illa Caluiniſtarum prudentia aut potius ambitionis pruritus, quo & dominus & ſeruus nimios honores ſequuti ad extremum orbis totius contemptum compendio venêre, riſum pro applauſu, ſibilum pro iubilo audientes. Hunc faſtus & ferox ſupercilium finem habet;.

Sed imprudentia ſæpe veniam reperit, improbitas non reperit. Abſit ab aula, & potiſsimum ab Aulæ arcano ſenatu, cui quidquam conſcientia potius eſt. Nulla magis noxia principi peſtis, quam qui nullo honeſti reſpectu aut ſibi aut Domino quæſtum opum & honorum quærunt, quod tu tuique tribules Pleſsi fecere, quidquid defendas. Quo enim iure Principi veſtro auctores fuiſtis, vt alienum ſceptrum raperet? Vos ipſi iudicatis neſas eſſe quemquam vel lacernâ ſpoliari; itane verò? & æquum erit tot terras ab legitimo occupatas Domino occupare? Nolo mihi occinas, quod ſoletis, vos liberalitate aliorum data accepiſſe: accepiſtis aliena, quia Bohemos aliena tribuere nō neſciebatis. Ferdinādus Rex electus erat, noſcebatis: corona redimitus erat noſcebatis: nihil admiſerat ob quod Regno excidiſſet, noſcebatis, imò noſcebatis & auctores quorū hortatu Bohemi Ferdinand. Regno abdicarūt: conati enim eſtis Regnum procer ūfacere, vt veſtrum fieret: Sed quis nō obſeruauit veſtras artes? Stupidos alios creditis, vos eſtis. Itali Principes, quos hic dilaudas, Regio ſpiritu aliorum populorum Regna ſperare poterant, & petere, ſed nulli adhuc deſponſa, nulli tradita: vos in Regum vertices inuolaſtis, vos rerū Dominos euertiſtis, vos non bello, ſed pacis inſidijs manubias vindicaſtis: ſenſerint Itali, ſenſerint alij. Bohemiæ Regnum electiuum eſſe, vti tu loqueris, nemo electiuum ſenſit poſt electionem: niſi vobis Caluiniſtis mos ſit, qualem in theatris videmus, alium hodie ab Regio Conopæo obumbrari, alium cras, nouâ regnantium viciſsitudine, vt plures obtineant, quod nemo retinet.

Alſatiæ inuadendæ conſilium eo ſolum pertinuit, ſi te capio, vti tutus foret Allobrogi quocunq; fortunæ euentu regreſſus, neq; enim prudentis Ducis eſt terras præſidijs vacuas inter hoſtes à tergo relinquere. Mi Pleſsi, modo nihil loquereris, quia nihil credimus. Si Alſatia occupanda fuit, aut in ea opportunæ itineribus arces, occupanda etiam magna pars Heluetiæ fuiſſet, & diffuſa illa ad amæniſſimi *Lacuum Lemanni* ſtagna. Quid Alſatiæ remotius periculum in conſilium venit, & non venit propinquius? Item pars Auſtriæ Palatino deſtinabatur, ſicut Alſatia? an & eò tantum præſidia ducenda, vt tutò Sabaudus in Italiam poſt confecta bella reuerteretur? Cur non Cōſtantinopolim quoque colonia deducta, quæ remeanti in Pedemontium exercitui cuſtodiæ eſſet? Alſatia non petebatur Sabaudicæ potentiæ augmentum, bel-

lo Pala-

lo Palatini præmium deſtinabatur, quemadmodum & alijs aliæ Prouinciæ. Pacta illa Galliæ inter Regem Mauritiumque Electorem quocunque iura inita, occultas technas tuas haudquaquam condecorant, clandeſtinas inſidias in capita aliorum fortunaſque nemo laudat, niſi, qui ſtruit.

PLESSIVS.

Quod verò hanc admiſcet Compilator (pag. 27. 28. 29.) calumniam, ac ſi Capita & Directores cum confœderatis ſuis ſocijs ſub pileolo, vti Germanico dicitur Prouerbio, luſitarint, ac quampluriima eoſdem celarint, ſic reſpõdetur; ipſas Vnionis tabulas Electori Palatino ceu Directori, liberam omnino facultatem permiſiſſe, ea quæ communem Vnionis cauſam concernerent, audiendi, de ijſdem agendi, conueniente poſtea tempore, ac pro re nata, ſiue in Vnionis Conuentu, ſiue per Legatos aut litteras Statibus Vnitis referendi. Pariter extra omne dubium eſt, Electorem Moguntinum, ac Bauariæ Ducem, Catholicæ Ligæ anteſignanos, ac Directores, non minus ſibi poteſtatis vendicaſſe, ac in ſimilibus caſibus pro ſua diſcretione oblata negotia direxiſſe & egiſſe, nec obligatos fuiſſe, vt ſine differentia omnibus æquè Ligiſtis illicò cuncta communicarent. Eadem omninò Directionis Electoralis Palatini ratio fuit, cuius ille munus tam fideliter ac dextrè geſſit, vt querelis nullæ Vnitis eorumq; Conſiliarijs ac miniſtris locus relinquatur. Adeo vt Compilatorem hanc abſurdam ſuam inſimulationem ſuppreſsiſſe, nec hiſce ineptijs Electorem Palatinum grauaſſe ſatius fuiſſet.

FABIVS.

Veriſsimè ſcripſit is, qui Anhaltinam Cancellariam edidit, vos Vniſtas per ſummam vafritiem multa celaſſe, neque enim inſanas veſtras in Imperium molitiones probaſſent. Interrogentur hodie Ciuitates Imperiales, interrogetur Wirtembergiæ Dux, interrogentur alij quidam, an fœdus eo fine icerint, vt cum exercitu aliorum Prouincias prædatum irent: munire ſe tantum volebant aduerſus vim, ſi qua aliũde ingrueret; ita loquuntur, ita ſcribunt; Quis fidem his neget, vt tibi habeat? ridiculum eſt, quod effundis multa ab Vnitis permiſſa fuiſſe Ducis tui arbitrio, quæ ſolus ageret, indicaret quibus vellet, aperiret tandem omnibus. Scilicet quiſque Lutheranorum eſt, qui hanc agendi libidinem Caluiniſtis permittat? Quæ intra fœderis metas conſiſtunt, voluntati Ducis relinquuntur, alia & quidem tanta, quæ fieri alij nolunt, quibuſque ſalus Imperij periclitatur, impermiſſa ſunt. Moguntinus Bauaruſque Electores vtique multa egêre non rogatis ſemper aliorum ſententijs, ſed limites obſeruauere ſuæ poteſtatis, ſuoq; tempore operam dedere, ne facti cauſas neſcirent fœderati. Quod Vniſtæ de veſtro hoc Caluiniſtico ſilentio queſti non ſint: mirum non eſt: quid

Digitized by Google

quererer rerum & fraudum ignarus? Adhuc fortaſsè aſtus veſtros neſcirent, niſi nos eos pateſecilſemus. De adulteriis tuis nemo perinde conqueritur, atque de tuis prauis conſilijs, quia de illis fortaſsè multis nil conſtat; iſta verò in aperta luce ſunt, & ob ea plenus Orbis lamentatione. Rectè igitur vobis peſsimarum rerum diſsimulatio probro habetur, & tu, vt adhuc obſcuriorem te reddas, nouam laruam prætendis; nimis ſerò, iam te vidimus.

CAPVT II.

Vnitorum Proteſtantium ſcopum contra Maieſtatem Cæſaream, S.R.I. caput, directum & vſurpatum fuiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

FOEdus Vnionis contra Romanam Cæſaream q́; Maieſtatem ictum non eſt, ſed Maieſtas Cæſarea in Vnione expreſſè excepta, ad cuius rei probationem ipſas tabulas fœderis Vnitorum publicas, quas inter cætera acta Monachij habent, producimus. Sed putat Compilator calumniæ ſuæ colorem obduxiſſe, ex tractatu cum extero illo Principe inito, in quo cauſa etiam Bohemica comprehenſa ſit, pag. 32. Ex eo etiam, ac ſi Palatinus Elector duo illa millia Mansfeldicorum militum, contra Cæſarem Matthiam ilicò in Bohemiam miſerit, pag. 33. & ſeq. Verum ſciendũ nobis eſt, cuncta, quæ de Corona Bohemica in medium adducta fuerunt, in caſum tantum obitus Cæſaris, tum admodum imbecillis, & paulo poſt menſe Martio ſequentis anni mortui, adducta fuiſſe, vt inferius oſtendemus pluribus; Non igitur bona conſequentia eſt, ex qua propter Coronam Bohemicam perniciosas in ipſum Cæſarem Matthiam machinationes agitatas fuiſſe concluditur. Quæ vero Mansfeldicarum Copiarum in Bohemiam profectarum ſit ratio, iam in primo capite ſatis ſuperq́; eſt explicatum.

FABIVS.

Fœdus veſtrum initum nõ eſſe aduerſus Cæſarem, & litteris etiam ſuprà à te laudatis, & tuo teſtimonio firmatur; litteris credimus, non Caluiniſtis eas ſcribẽtibus, plus ſemper quam ſcripſerint facturis; cum ferro femur onero, vt fallam, non falsò affirmo tutelæ cauſa id fieri, interea tamen te quoq; iræ meæ victimam deſtino improuidum, primâ occaſione cæſurus. Dices quid tu hominis ambigui es? nonne ad tegendum te gladium alligare profeſſus es? profeſſus ſum, ſed non confeſſus: in profeſsione pro arbitratu omitto; in Confeſsione, quia omnia enuntian-

enutrianda ſunt,iis,quæ fallere poſſunt,abſtineo. Hic mos Caluiniſtis eſt, vt plura cogitent,quàm dicant,& minus dicant,quàm faciant.

Si Vnio veſtra Pleſsi, in eam ſolùm curam incubuit, vt libertas vobis veſtra,& Religio in tuto eſſet, quid clàm paraſtis militem nullo vſpiam hoſte? an nos inermes timebatis? Cur Bohemis rebellantibus auxilia miſiſtis;non certè,ais,contra Cęſarem,cui ergo rebellarunt Bohemi? an non Cæſari? copias cōtra me mittere,contra me agere eſt:qui ad hoſtes meos cōcedit,à me deficit;& tu Pleſsi,neq; ſupra,neq; hoc loco crimen purgas;verba alia ſunt,facta alia ſunt,niſi tu me tuum credas amicū,cum te pugnis contundo,& plagis lacero. Sed inquis Cæſar iam fatis appropinquabat,& noſter omnis labor in caſum Cæſareæ mortis deſudabat; Quid ſi & in ipſam mortem? finis vitæ Cæſareæ notus vobis non erat,neq; enim vos mortis arbitri: & tamen vt tua Vanitas appareat,Mansfeldius Bohemis ſe iunxit,dum Cæſar Matthias adhuc viueret:ſi vnum in annum alterumq; produxiſſent fata Cęſari vitā,quod fieri poterat, an tanto tempore exſpectaſſet otioſus miles tot votis deſideratam Matthiæ mortem? non erat conſcriptus vt feriaretur: pecunia pro militari otio non penditur. Sed etſi tibi darem,quod poſtulas, culpâ tamen nequaquam vacares. Quid enim? faſne vobis mortem alterius exſpectare,vt alienam hæreditatem ferro vendicetis? Quis vos teſtamentarios conſtituit, vt defuncti opes huic, aut illi pro libidine aſſereretis? Regnum Bohemiæ mortuo Cæſare Ferdinandi erat quippè promiſſum, & Ordinum Sacramento iam conſignatum, antequam Matthias amitteretur,vt tamen haberet,cum amitteretur.

PLESSIVS.

Porrò ad vlteriorem confirmationem prætextus ſui Compilator hic pag. 34. Epiſtolam citat Volradi à Pleſſen, Electoris Palatini intimi Conſiliarij, ſcriptam 11. Septemb. 1618. In qua ſtatim ab initio ille hæc cōmemoret. Bohemiæ Ordd. Confœderatorum Proteſtantium in Germania, Vnitarumq; Prouinciarum Belgicarum prætenſiones vno fundamento niti,&c. *atq; exinde ſequi affirmat, Vnionem tam contra legitimum Electum Rom. Imp. ſuum, quam contra omnes S. R. Imperij fideles obſequentesq; Ordines initam. Verum prolixa huius inuoluta, ac à verſiculo:* Iſt dann der Staden,&c *pag. 35. ad verſiculum vſque,* vff jetzige,&c. *extenſa conſequētia, nulla ad probandum vires ſunt, cum & præmiſſa & antecedentia mutilata, corrupta, falſa ſint. Nam primò negatur, eo tempore quo Epiſtola illa ſcripta fuit, Bohemos contra Regem ſuum inſurrexiſſe, cum capite primo abundè deductum ſit, Bohemos omnes à Cæſare perduellionis crimen perpetuis à ſe Proteſtationibus amolitos fuiſſe. Similiter negatur, Vnitos cum Bohemis certa ad ferendum fœdus aut correſpondentiam pacta conuenta fuiſſe. Præterea longè abſurdiſsimum eſt, inter Vnitos ac Bohemicos*

vnum

vnum idemq́; cauſæ fundamentum eſſe in ſpecie contra domum Auſtriacam. Quid enim Vnitis cum Domo Auſtriaca, aut huic cum Vnione eſt negotij? aut quæ illa Iuriſdictio vel Superioritas eſt, quam in Vnionem Domus Auſtriaca prætendere poßit? Vniti non alium, quam Cæſarem ſuperiorem agnoſcunt. Ex hac verò argumentatione, non tantum Auſtriacis bonam vicinitatem, ſed inſuper aliquam ſpeciem ſubiectionis & Vaſallagij debere Vnitos, eliceretur. Quod cum dictu abſurdum ſit, nullus opinor vnquam miniſtrorum Auſtriacorum adfirmarit. Quod ſi Compilator verba D. Meſſeni, quo ſenſu ſcripta, eodem accepiſſet, ac candidè interpretatus fuiſſet, facilè colligere debuiſſet, verba illa: Bohemicorum Ordinum, Proteſtantium Vnitorum in Germania & Confœderatorum Belgij, cauſam eodem fundamento niti. *non aliam genuinam ſignificationem habere, quam horum omnium cauſam communem, & fundamenta communia eſſe. Cauſa communis eſt Religionis & Libertatis conſeruatio auita, immunitates & Priuilegia, communia fundamenta Belgæ ſanè ſua ab Albano ac Hiſpanis armis hactenus ſtrenuè admodum vindicarunt. Vniti habent Conſtitutiones Pacis religioſæ & profanæ, & alia Priuilegia antiqua plurima. Hæc pro viribus illos tueri, quis vitio verterit? Quam quæſo precioſas Maieſtatis litteras (cæteras enim auitas immunitates nunc prætereo) à Rege ſuo Rudolpho Cæſare impetrarunt Bohemi? igitur quicunq́; ex Proteſtantibus inuidiſſet Bohemis, ſi tam carum pignus Cæſarei diplomatis ſartum tectumque, atq́; ita ſub eius vmbra ſemetipſos incolumes ſeruaſſent, is me hercle Chriſtum labijs tantum profiteatur, atheus & Epicureus in corde ſit oportet. Quæ ergo cauſa Compilatorem monit, quod tam ſiniſter verborum à Meſſeno bonâ intentione prolatorũ interpres fuit.*

FABIVS.

Scripſiſti Pleſ.i & fateris Bohemos, Vnitos & Hollandos *eodẽ fundamento niti:* ſiue eodem omnium horũ conſilia ſpectare. Sed quò ſpectant Hollandorũ conſilia, niſi aduerſus Regem ſuum? ſi Bohemorum eodem colliment, quò Hollandorũ, ergo & ipſi contra Regem ſuũ, & contra Cæſarem rebelles ſunt Neq; ictum euitas, cùm ais, Bohemos eo tempore, quo hæc exarâſti, Cæſari non rebellaſſe. Quid inquis Pleſſi? Iam Præſides Regni, ab eo impoſitos, feneſtris deiecerant, iã alios Cæſari fidẽ ſeruantes finibus exturbarant, iam validiora arma parabant, & inſiſtebant *fundamento cum Hollandis communi.* Quid hoc fundamentum aliud, niſi rebellionis & excutiendi iuſti iugi decretũ? Proteſtatio apud Ordines Bohemiæ verborũ fuit, Res domino exitioſa. Quod ſi ineptũ eſt, vt indicas, dicere, Vnitorũ & Bohemorũ *idem eſſe fundamẽtum,* tu dicti huius auctor, ineptus es. Quid, inquies, Vnioni cũ Auſtriacis Principibus? quid his cũ Vnione? parũ fateor: ſed multa aduerſum: nã pars Vnionis, Caluiniſtæ ſcil. quãti quãti ſunt, aduerſus Archiduces perpetuatâ acie conſiſtunt, & omnes ſuas opes profundũt, vt Auſtriacorum obtineant.

Digitized by Google

tineant. Hoc his Vnitis negotium cum Auſtriæ Dominis, quibus nemo Catholicorum Imperium Romanum ſubijcit: Cæſar in id ſceptrum gerit.

At quia quilibet verborum ſuorum interpres eſt, audiamus Pleſſium, Pleſsij aſtutias inuoluentem. *Fundamentum Vnitorum Hollandorum, & Bohemorum commune nihil aliud eſt, quam cauſa communis: cauſa autem communis eſt, conſeruatio Religionis & libertatis*. Hic tuus aries eſt Pleſi, quo nullos muros ſubrues, plumea frons eſt, non ænea. Dic enim mihi, eſtnè veſtra cauſa *communis cum Bohemis*? ergo & vos iam tum rebelles? fuerit quid Bohemis de priuilegijs ſuis detractum, quid veſtra referebat? An Bohemi pupilli, & vos tutores? quæ vobis in alieno Regno cura aut curioſitas? ſi affectus aliquis, ſi miſeratio malè habitorum vos mouebat, cur Cæſarem non oraſtis, vt de ſeueritate remitteret, & aliquid Caluiniſticæ imbecillitati condonaret? Ad partes tumultuantiũ tranſire, non eſt tumultum compeſcere, ſed augere: nec concitandi per auxilij blanditias ſeditioſi ſunt: verbis ſeu mitibus ſeu aſperis, prout res poſcit, ad obſequium reducendi ſunt. Vos furioſis arma Miniſtraſtis, & niſi inſani fuiſſent, feciſſetis. *Libertas* vos impulit: quæ oro libertas? nihil ex ea ademptum Bohemis fuit. Quis enim vnquam Libertatem habuit alienum ius vſurpandi, aut euertendi? quid in alterius ſolo tibi poteſtatis vt ædifices? Nemo Regum, nemo Cæſarum priuilegia impertit, vt alijs auferat; & Cæſar Rudolphus *Maieſtatis litteras* ne peiora pateretur, peſsimis conceſsit: has tu ab inuidentia immunes poſtulas: Ego vero adeò nõ inuideo, vt nec mihi, nec vlli hominum opté. Quo enim mihi *libertas* ad quaſcunque ſacrilegas Religiones? Iniuria fit Libertatis nomini, vbi inſana licentia extorto cũ priuilegio bacchatur. Et homines fruſtra tu *Atheos atq; Epicureos* appellas, qui Maieſtatis litteris auctoritatem abrogatam laborant, *Atheus* potiùs eſt, qui Deum varium eundemq; impium, ac damnatum cultum promoueri cupit, quanquam Caluiniſtæ varium cupiunt, vt nullum habere cogantur. *Nil Caluiniſtis cũ Bohemis.*

PLESSIVS.

Pro concluſione nunc & appendice claudicantem hanc conſequentiam pag. 36. attexit, & ſic argumentatur: Meſſenus ſecreta Vnionis, maximè autem cum Hollandis, Bohemiæ Ordd. Turcico Vaſallo, rebellibus Vngaris, (apud quos Legationis munus obijt) Duce Bullionæo in Occidentali Francia & cum corona Anglicana ſuſceptas tractationes exactè perſpectas cognitas q; habet. Ergo Vnio contra Cæſaream Maieſt. & Domum Auſtriacam facta eſt &c. Elegans profectò argumentatio, atq; illi, quam in ſcolis pueri rident, quam ſimillima; Baculus ſtat in angulo. Ergo Papa caput eſt Eccleſiæ. Vel ſi illam malis. D. VVilhelmus Iocher

Aſſeſſoris in Camera Spirenſi aliquot annis functus munere, eiuſdem cauſas & negotia explorata habet. Ergo Electori Palatino offenſior eſt, eiuſq; pileum Electoralem Heidelberga in ταμιεῖον Monachienſe tranſlatum voluit.

FABIVS.

Dialectica te crebrò delectat, ſicut claudi illius Dei amulum fiſtula, quam tamen tam ſcitè inflauit, vt infelix periret, ſuo cantu victus. Audiamus te nobis ita affingentem. Pleſſius non ignarus erat arcanorum, agitatorum cum Hollandiæ & Bohemiæ Ordinibus, cum Turcico Vaſallo Gabore, & rebellibus Vngaris, cum Bullionæo, cum Anglo; Ergo Vnio contra Cæſaream Maieſtatem inita non eſt: Hoc tu ſchemate delineaſti non noſtrum, ſed tuum argumentum: & vt aliquid dicas, ne acerbius verbum vſurpem, falſum dicis. Lectorem ad pag. 36. Cancellariæ Anhaltinæ ablegas, ſi iuerit, inueniet putidam vanitatem. Argumenti noſtri hæc ratio fuit. Ordines Belgii Regi ſuo rebellárunt, Bohemi ſuo idem fecêre: Si igitur Vnio eodem inſiſtit fundaméto, quo Hollandi, & Bohemi: ergo Vnio & Caluiniſticum fœdus ictum eſt, vt & ipſi Domino ſuo Cæſari rebellent, & licentias Religionum per vim extundant, quas libertates indigetent. Vides Pleſſi Vnionem contra Cæſarem inſtitutam, ex vi argumenti? non quia tu arcana Iouis & Iunonis noſti (quamquam etiam iſtud indicio eſt) ſed quia eadem principia, cauſæque rebellionis Vnioni ſunt, vti tu affirmas, quæ fuêre aliis ſeditioſis, & regentis fræni impatientibus. Argumentum porrò noſtrũ, poſtquam pro libitu effigiaſti, his ſimile formis ais; *Baculus ſtat in angulo: Ergo Papa eſt caput Eccleſiæ. Item, Doctor VVilhelmus Iocher aliquot annis Imperii tribunalis aſſeſſor Spiræ fuit, Ergo alieno eſt in Palatinum affectu, & deſiderat Electoralem Pileum tranſportari ad Monacenſem Cameram:* in qua ſine dubio Pleſſi, oſtentui ſit inter reliqua, aut artium eximia, aut naturæ peccata; Quæſo mi Pleſi, tibi ipſi aliquanto minùs placeas hoc acumine tuo; ſimile nugis tuis nullum ex noſtris dictum eſt. Vt tamen queri non poſsis omnia tua à me profligari, admittam ſimilitudinem tibi probatam. In exemplo tuo vtroq;, vtraq; conſequẽtia vera eſt, vnde vnde deducatur, ſiue ex claudo, ſiue ex recto antecedente; Ergo & tertia conſequentia, quam tu noſtram, & quidem tuæ ſimilem facis, vera eſt; hæc ſcilicet; *Ergo Vnio aduerſus Cæſaream Maieſtatem conflata eſt.* Fateare ergo Pleſſi vtrum voles, ſi ſimilitudo eſt; Vnio veſtra ex tui argumenti forma rebellium eſt; ſi ſimilitudo non eſt, vanè nos criminaris tamquam ignorantes ſyllogiſticæ ſtructuræ.

Vnionem contra Cæſarem inſtitutã probatur.

PLES.

PLESSIVS.

Quod verò de Legatione in Hungariam Compilator attingit, non negatur, Pleſſenum in Vngariam Comitijs Nouiſoltenſibus menſe Iulio Anni 1620. habitis, ad Principem Tranſyluaniæ, Principem liberum, nec Imperij Romani, nec Domus Auſtriacæ, nec regni Vngariæ ſubditum, non verò ad Ordines Vngaricos (cum quibus per illum nihil actum) fuiſſe ablegatum. Sed eundem in tali Legatione quidquam in perniciem Romani Imperij, ac Orbis Chriſtiani molitum, iſtud verò conſtantiſſimè negatur, eorumque probandi onus in Compilatorem publicè ac meritò reijcitur. Eiuſdem farinæ eſt & illa Compilatoris aſſertio pag. 25. ac ſi Stephanus Corlathi Vngaricus Conſtantinopolim Legatus litteras Sultano, quibus propugnaculorum Villeid, Nouigrad, VVactz. Genea, &c. deditio promiſſa fuerit, tradiderit. Lector quæſo illa verba notet, ac ſi tradiderit, vbergeben haben ſollen, *quæ certi ponunt nihil, multo minus probant. Hoccine eſt accuſatos authenticis ſcriptis, & autographis ſuis conuincere? præſertim in re tanti momenti? Id quod iactabundus Compilator vbique pollicetur. Quin immò verius eſſe videtur, quod Vngari adfirmant, Cæſarem Gallum & N. Starzerum miniſtros Auſtriacos Regi Turcarum variorum locorum deditionem vltro obtuliſſe, ſi hac ratione arma Turcica in Bohemos elicere & concitare poſſent. Hic & illud notetur, Principem Tranſyluaniæ in mentione Germanorum litteris Conſtantinopolitanis facta, non de omnibus in genere Germanis, ſed de Auſtriacis duntaxat loqui, quod ipſe Lector ex contextu cuiuſque loci, antecedentibus & conſequentibus facilè intelligit.*

FABIVS.

Pleſsius, quia inuentis litteris innotuit, Legationem ſuam Tranſyluanam fatetur, ita tamen, vt id quod adhuc ignotum putat, pernegat: per ipſam Hungarię longitudinem tectus & tacitus, ne quid ſuſpicionis pareret, ad ſolum Gaborem iter fecit, *Principem liberum, à Corona Vngarica eximium*, aliâ longè de cauſâ, quàm vt quidquam conſilij, aduerſus Imperij Chriſtianitatiſque ſalutem adferret, aut capeſceret; cuius rei teſtis eſt ipſa Caluiniſticæ conſcientiæ conſtantia, quam ſi quis aduerſis ſermonibus irritare tentauerit, potiùs ipſe elangueſcet falſi notam ſubiturus, ſi nos verborum inopia inceſſat, duplici nos Caluiniſtæ probationis labore leuant; primò enim, ſine magno argumentorum pondere, Lectori Caluiniſtici ingenij gnaro facilè ſuadetur, nihil tam noxium Reipublicæ eſſe, quod nimium Caluiniſticæ audaciæ eſſe poſsit: ad nocendum animi eorum pruriant, & vbi facultas datur, faciunt: deinde feralis exitus oſtendit, quam pernicioſus negotiator Pleſsius in Tranſyluania fuerit; arma ſollicitauit ad ſpolium coronæ

Pleſsius Legatus ad Gaborem.

Pleſſius pernitioſius in Tranſyluania negotiatur.

Hungaricæ vertenda, aduerſus communem hoſtem Cæſarem, & valuit facundi blandiq́ue ſerpentis ſibilus; arſit mox Vngaria bello, effuſaque etiam in ipſam Auſtriam martis rabies eſt, quando Gabor, rapto diademate ſuperbus, & Turnius Comes nefaſti claſſici tubicen, propè ad ipſa Viennæ mœnia plus triumphi oſtentauére, quam victoriæ. Quemadmodum autem Pleſſius ſancto ore in aula Tranſyluani perorauit, ita & Stephanus Corlathi magnâ linguæ innocentiâ egit apud portam Turcicam, qui ſi Sultano per litteras quædam in Vngaria propugnacula promiſiſſet, haud dubiè veſaniæ & ipſe, & quicunque tam promptæ munificentiæ auctores fuere, damnari poſſent; imò verò damnari poſſunt & debent, quia accuſati criminis rei ſunt. Et fruſtra iam ludit in verbis Pleſſius, luſurus antè in Chriſtiano ſanguine, ſi rerum ſperatarum curſus ad votum fluxiſſet. quia verò Pleſſii ad autographum prouocas, habe tibi & perlege.

SERENISSIME POTENTISSIMEQVE IMP^tor
Domine Clementiſſime.

SAc. Caſ. Maieſt. Veſt. infima, fideliſſima, paratiſſimaq; defero ſeruitia; & licet Sac. Caſ. Maieſt. Veſt. VII. Calend. Febr. per certum curſorem de conſtanti, & minimè violanda, firmataq; inter nos pace ſignificari curarim, illumque me ſeiunctim ſupremi huius loci Viſier peramicis literis adiuncto inſuper Chiauſo ſecurum eſſe omninò iuſſerint: Verum hac ipſa die, non ſine magna admiratione mea, maximam immutationem, & inconſtantiam expertus ſum, dum Mufti Sac. Caſ. Maieſt. Veſt. Agenti Michaeli Starzern ad ſe accerſito hæc denunciauit, Potentiſſimo ſuo Imperatori ab Hungaria Legato tum præſente Stephano Corlathi, per litteras ſtatuum ſupremorum non tantum Vngariæ Munitiones, verum etiam Bohemiæ, Morauiæ, Sylleſiæ, Superioris, Inferiorisq; Auſtriæ ſponte oblatas, certoq; tradendas, promiſſas eſſe, quin & certam ſpem factam, ſe omnia à Sac. Caſ. Maieſt. Veſt. neſcio qua fretus amicitia, facilè obtenturum. Sed enim cum ego minimè dubius confidam, Sac. Caſ. Maieſt. Veſt. illius clementiſſimi animi eſſe, vt nihilominus in rem hanc ſit conſenſura; & vero Turcarum animi aliàs promiſſis diuites eſſe ſoleant ſenſim verò in bella propendeant, ideo Sac. Caſ. Maieſt. V. ex debita humillima obſeruantia tempeſtiuè monitam volui, & me ipſius clementiſſimo fauori ac tutelæ quàm humillimè æternum commendatum Conſtantinopoli 25. Febr. 1620.

Ludouicus de Molart.

Lectum ſatis eſt; frons, quamuis firma in ruborem tranſiit. Hungaros ais ieciſſe aduerſus Cæſarem Gallum, & Starzerum ſimilia Tur-

cæ pol-

Digitized by Google

cæ pollicentes;ex ipſis audiam, vbi teſtes mihi ſtiteris; ſed nō ſiſte Caluiniſtas aut certè clamabo.

Heus alios teſtes da Pleſsi teſtibus iſtis.

Nec plus fidei habet, quod ais Tranſyluanum, quando apud Turcam Germanos nominat, Auſtriacos ſolum intelligere, ne tu & tui ſimiles intelligantur; fruſtra nebulam oculis offundere moliris; & nos Aquilæ ſoboles ſumus, videmus vos ſceleris nomen horrentes, & ſcelus amantes.

PLESSIVS.

Numquid verò ex illo, quod hic varijſq; Cancellaria in locis Principem Tranſyluaniæ Turcici Vaſalli titulo grauant, deſultoria hominum ac ſtili eorundem nunquam ſibi conſtantis abundè deprehenditur leuitas? Ecce enim nūc Tranſyluanus obediens Imperij Princeps, ſtatuſq; Sileſia audit, ac ob admiſſam compoſitionem ad arcem S. Nicolai in Morauia tantum non optimus ab omnibus prædicatur, quin ei; ſi, quæ ſperantur, ſecuturæ ſint Imperij contributiones, contra Turcam ſuppetiæ, ac aureum omnino vellus ipſi promiſſum; mox idem dubio procul, (quod temporis docebit ſucceſſus) iterum Apoſtata perfidus, Turcæ verna ac Vaſallus propalabitur: Cum ad Bulionæum Compilator venit ipſe ſanè in ſpecialibus tanquam in ſalebra hæret, quod ſupra Vnitis pag. 21. obijcere non erubuit. Verum ad Calendas Græcas, vt puto, probaturus eſt, cum Bulionæo Duce in Cæſarea Maieſtatis aut Imperij perniciem quidquam à Palatino actum eſſe. Hoc etiam loco Regem Magnæ Britanniæ admiſcet, vt illum quoq; in ſuſpicionem trahat actorum contra Cæſarem: quod quæſo Lector diligenter obſeruet, ſimulac enim in Cancellaria illa progredietur vlterius (pag. 305. 306. 307 item 334.) diuerſis in locis Regis illius inſignia reperiet encomia, quod Vnitorum ac Palatini Electoris Conſilia in negotio præſertim Bohemico, adprobare noluerit. Vnde hanc Lector facilè ſibi formabit concluſionem, quod contraria allegantis fides non ſit habenda.

FABIVS.

Tranſyluani honoris vindex Pleſſius, auctorem Cancellariæ inuadit, ſed adeo turbida ira, vt verbis ſe ipſe irretiat ſuis. *Deſultoriè* ait agere auctorem, hoc eſt, nunc hoc, nunc illud, Gaborem, iam honorificè, iam contumelioſe compellare; Et tamen diſertè ipſe ſcribit, à Compilatore hoc loco & tota Cancellaria Gaborem *Turcicum Vaſallum* appellari: ſi conſtanti hoc compellationis genere Compilator vtitur, quomodo agit *deſultoriè*? vidiſti tu inquam Pleſsi aliquē iiſdem ſemper veſtigijs inſiſtentem ſaltus edere, & nunc hic nunc iſtic conſpici? Hæc miracula, quia alijs carent, non inuidemus Caluiniſtis: attenda-

Digitized by Google

mus potius ad mutabilitatem Gaboris; ſine dubio ante exortum hoc bellum beneficiarius Turcæ fuit, quia Turcæ beneficio ſeptem illos montes occupauit, & Prouinciam, quæ Regis Vngariæ ditionis erat, tanquam meliori Chriſtianis Domino Turcæ ſubiecit: an vt tutius retineret aliena, an quia nouo Domino Religione propinquior erat? Bellum exinde aduerſus Cæſarem orſus, cum magno terrore fuſo Herculem ſe fore polliceretur, datis paucis militiæ menſibus, non magnâ gloriâ onuſtus in tuta ſe recepit. Nec ita multò poſt cum pactis in album Imperii Principum adſcriptus, Prouincias aliquot, pacis cauſâ accepiſſet, ad ingenium reuerſus, infeſtiora, quam vnquam alias, Morauiæ arma intulit, & vt inſignem Caluiniſtam eſſe ſcires, lanienæ ſuæ adiutores Turcas adduxit, æterno noſtri ſeculi dedecore; quia primum in Germania exemplum dedit immanitatis à Chriſtianis alienæ, Caluiniſtarum propriæ. Quia igitur contra datam fidem fœdera rupit, Turcis rurſus addictus, veteri eum, vt tu nos doces, titulo transfugæ & mâcipio obſtricti Vaſalli honorare, non iniuria poſſemus, neque grauiter ferret noſtra verba, cuius arma ferre coacti cum excidio terrarum ingemuimus.

Gabor Vaſallus Imperij.

Apud Bouillonium ijdem fuiſtis, qui apud Gaborem; quod ſi alio teſte deſtituerer, teſtimonium ferret indoles Caluiniſtica; & vos Cæſari bellum facturi, vtique pro Cæſare nulla apud Ducem illum auxilia ſollicitaſtis. Ingenioſius paulò agitis, quam negetis. Britanniæ Regem hoc loco neque ſuſpectauimus, neque agitantem vllius aduerſus Cæſarem Conſilij participem ſcribimus; Tu ſciens falſum prodis. Hoc dicimus, te Pleſsi haud ignarum fuiſſe rerum cum Anglo actarum: non alios vos ira, vos iuſtis diris perſequimur tanquam omnis mali architectos; Vos pernitioſa conſilia ad Regem illum attuliſtis: Vos operam impendiſtis, vt magna nomina in partes traheretis, & malitiæ veſtræ obſcuritati illuſtris auctoritas accederet. Facinoribus dignitas accreſcit ex magnitudine ſociorum; Regem vos audiſſe certum eſt, obaudiſſe nihil conſtat, imò certum eſt, vos per eum à meditato ſcelere abſterritos. Quocirca ſi alibi Regem hunc ab æquitate dilaudamus, nequaquam nobis aduerſamur, quia neque hic reprehendimus, ſed ſolos in vos imus, qui vbique funeſtam buccinam inflaſtis, Tu verò hic non intempeſtiuè dicis *Contraria allegantii non eſſe fidem habendam.* Ita eſt, ſed multò minus *mentienti*; vtroque in genere actionis hic te occupas.

PLESSIVS.

Citata paulò ante pag. 36. Compilator eorum, quæ contra modernam Cæſaream

ſaream Maieſtatem acta, deductionem ab ijs orditur, quæ in Conuentu Francofurtenſi eligendi Romanorum Regis cauſa indicto accidiſſe commemorat. Vbi iſtud in conſiderationem meritò venit, quod etiamſi auctor generalibus hactenus contentus, aliquid ſpecialius ritè oſtendiſſet, illa tamen vt machinationes in Cæſarem Romanum traduci non poſſent, cum Cæſar Ferdinandus nondum tunc temporis Coronam Cæſaream adeptus, nec Romani Imperij caput fuerit. Nugæ porro illæ de nummis, neſcio quibus argenteis, Norimbergæ cuſis, pag. 37. Conſider. XXVI. in Myſterio iniquitatis ſatis ſuperque refutatæ ſunt, quo Lector remittitur.

F A B I V S.

Ergo Pleſſi quia Ferdinandus nondum Cæſar erat, licuit eum vobis in Bohemia ſubuertere conſilijs? Neſciebatis eum Imperij Electorem, cuius incolumitati Carolina lex tantopere cauet? laborabatis Bohemicâ temeritate Imperatoriam Electionem occupare, ne Cæſare iam creato, ſi pergeretis, perduelles haberemini: ſola nominis benignitate minùs mali, re ipſa deteriores. Multa tentaſtis aduerſus Ferdinandum, antequam Cæſar eſſet, multa poſtquam fuit. Donauerimus priora quamquam atrocia: poſteriora, quia perduellium ſunt, non donabimus. Electi Cæſaris coronam rapuiſtis, vel ab ijs, qui rapuerunt exſpectantes & anhelantes accepiſtis: ſatis eſt: cætera ſileo. Inter nugas Norimbergenſes nummos Palatino honori excuſos tu cenſere potes: inſcriptio eorum hæc erat: FrIDerICVs reX roMAnVs. 1622. FrIDerICVs IMperator aVgVſtVs. 623. infauſto augurio, nam his annis Poëtæ dictum valuit,

Irus & eſt ſubitò, qui modo Crœſus erat.

Nullus Imperator, nullus Rex, nullus Elector fuit Fridericus. Sed quid tu Pleſſi cum *nugis*? Si Vaticinia iſta nugarum loco habuiſtis, primi ludibrio affeciſtis Fridericum, quem nugando honoraſtis. Si *nugas* non putaſtis, cur nugigeruli illi ſint, qui hos nummos, veluti nimiæ audaciæ teſtes ſcriptis diuulgant? Gentem aiunt alicubi terrarum eſſe latrocinijs inſuetam, & è latebris letifera tela iactantem; ſi feriant, in tuto ſunt; ſi caſſus ictus eſt vt malum, quod inferre volebant, ab irato Viatore vitent, Telum ad amicum terrorem duntaxat emiſſum, adfirmantes, ridicula excuſatione territum demulcent. Haud ſecus Caluiniſtæ, poſtquam non occultè ſolum, ſed etiam apertè ad Imperij Coronam rapiendam graſſari cœperunt; vbi deprehenſi ſunt; *nugas* vocant; ſimularunt duntaxat. Nō amamus Pleſſi has ſimulationes; eſte potiùs ſeriò mali, quamquam nec in hoc genere quidquam deſideramus, incommoda multa palam experti. Quid verò tu me hic ad *myſte-*

rium iniquitatis mittis ob *nugas*? Haud procul ab eo ſum, quando tecum ſum, & pedes propter nugas laſſare tædet. *Myſterium*, quo de ſcribis, nõ legi ſed ſenſi, & mecum vniuerſus orbis. Rectiùs feciſſes, ſi hoc loco nummos illos explicaſſes: ſed quid explicares? ægrè fers nos noſtro Marte intelligere.

PLESSIVS

Quod vero eadem pagina de actis per Legatũ externi illius Principis adducit, eorum ſcilicet illi ipſi Principi, non Vnitis, aut Electori Palatino, reddenda fuerit ratio. Ac quidem illa ipſa à Compilatore pag. 37. & ſeq. allegata producit, ab Electore Palatino, ac noto illo Principe deſperata minime, & extrema eiuſmodi conſilia agitata fuiſſe, vt Pacem ac Compoſitionem coaleſſere non potuiſſe indicauerint, quod ſanè æquitatem & moderationem ipſorum liquido demonſtrat. Et quale quaſo crimen eſſet, etiamſi notus ille Princeps vnà cum alijs tanquam Mediator & arbiter in illâ pacificationis actione nominatus fuiſſet? Sed qua tandem ratione & Compilator, & qui illum ſequuntur, ſibi ſatisfieri patientur? Ex vna parte ſemper ille Vnitos & inprimis Comitem Palatinum, huiusque Conſiliarios taxat, ac ſi certo quodam odio à Pace abhorruerint: Ex altera parte hoc etiam ipſi diſplicet, quando arbitri loco ad interpoſitionem quemquam nominant. Sed habebit ſcilicet ille, quod agat, ſi duplicem errorem excuſare velit.

FABIVS.

Nullum mihi cum Principe illo, de quo hic meminiſti, bellum; Vobiſcum eſt Caluiniſtæ, quibus periculoſa conſilia diſplicuiſſe, euentus, qui præuideri potuit, arguit. Et falſo tu dicis, Pacem vobis non aduerſam fuiſſe: fuit & futura erat, vſque ad vltimum & certiſsimum exitij veſtri periculum: quando enim bello fractis omnis ſpes excidit, Pacem demum acclamatis, eâdem datâ facultate rupturi: neque vllum fœdus initis, vt ſeruetis, inſtar lupi, qui concordiam init, cum ei fauces eliduntur. Non peccâſſet quidem Princeps ille, ſi Pacis conciliatorem ſe tuliſſet, ſed fruſtra laborâſſet. Quia quando Pax nobis neceſſaria eſt, nullam datis, quando neceſſaria vobis non eſt, nullam acceptatis. Fruſtra tu Pleſsi hîc Compilatorem plangis, tanquam ambiguum verbi & facti, cùm vos inimicos Pacis, quam quærere videri volebatis, alicubi ſcribit, alibi verò admordet eos, qui autores Pacis eſſe volunt. Ego verò mi Pleſsi dentes, vllum in Pacis procuratorem, fixos non aduerti: Princeps ille ſe ipſe obtulit, ſi quæ neceſſitas eſſet, vos, quem indicas eum non rogaſtis, & quidem ideò, quòd bellum malletis; martios vos ſemper habuimus, certi omnino Iani vos fanum nunquam clauſuros. Vnicum ſacrificium, quo Deo litatis, ne quis vos impios conuitietur, bellum eſt.

Hic

Digitized by Google

Hic pietas, hic veſtra ſolet feruescere virtus.
Sed videamus duo noſtrorum errata, quæ tantus cenſor obſeruauit.

PLESSIVS.

Quorum alter eſt, quod contra fideliſſimum Statuum Auſtriacorum conſilium, nulla, motus ſtatim Bohemici initio, Prouinciis illis conceſſa, ſed ex neſcio quibus priuatis reſpectibus, omninò reiecta amica rerum tranſactio fuerit, ſub prætextu, earundem compoſitionem collegio Electorali demandatam eſſe, cum tamen remedium hoc tempeſtiuè, & ante, quam morbus inualeſceret, vel applicari, vel vires ſuas exſerere non potuerit: quod ipſa poſtea comprobauit experientia. Alter verò error eſt, quod Daniæ Regis, Cæſareæ Maieſtati & Romano Imperio amiciſſimi cognatique Principis interuentio ac interpoſitio, quam illi per Legatum Pomiſchium amore pacis & tranquillitatis publicæ optima forma Viennæ obtulerat, pari modo ſpreta ac flocci habita fuerit. Qui ſanè contemptus quomodo acceptus ſit, & quam beneuolentiam genuerit, quiuis per ſe poteſt colligere. De illis denique quæ principaliter ipſam electionem Francofurtenſem concernunt, quomodo illa peracta, an & à quo impedienda fuerit, alibi tractabitur; nunc ad ſequentia pergendum eſt.

FABIVS.

Eant iam Catholici, qui motuum horum cauſas Caluiniſtis tribuunt: Catholici auxêre turbas, cùm ſpretis Auſtriacorum Ordinum monitis, aliena à compoſitione omnia maluêre, & tamen ſummâ ſinceritate pacem ſuaſerunt, ſed quam ipſi amabant bello peiorem. Satis inclaruit Auſtriacorum Caluiniſtarum animus in regnatricem domũ ſuam. Conſilio & armis extinctum illam ibant: Pacem Principes illi habuiſſent in carceribus, quos per ſummum ſcelus quidam iam cogitatione extruxerant, digni ipſi ſuâ fabricâ. Ouem ſanè Lupo cõmiſiſſet, quiſquis conciliandæ pacis opus Caluiniſtis commiſiſſet: non cupio componere bellum, vt habeam. Alterum erratum eſt, quo prudentiæ Catholicæ nota affuſa, quòd Orator Regis Daniæ, tranquillitatis idoneus conciliator infectâ re Viennâ dimiſſus ſit. Reſpondebunt tibi, mi Pleſſi, qui Legatum illum pacem orantem audiêre.

Namque ego Cæſarei fueram Pars nulla Senatus;

Hoc tamen ſcio pacem ab eo poſtulatam eo tempore, quo non pax, ſed pœna in perduelles decernenda fuit, Patrato ſceleri ſi ſemper pax detur, & impunitas, quis non patrabit? cur Orator ille tamdiu cunctatus eſt, & tum non venit, cùm adhuc ſtaret Palatinus, & periculum erat ne Cæſar rueret? Itane maior cura mortales occupat ſalutis rebellantis Palatini, quàm Imperatoris? Immortalem laudem Rex Daniæ conſe-

quutus fuiſſet, ſi, rebus adhuc integris, pacis negotium ſuſcepiſſet, vt tutos Reges præſtaret. Communis enim Regum cauſa erat. nam ſi ritè & legitimè Reges prædatoriâ manu exuantur; habet & Danus, quod amittere poteſt, præſertim inter tot quæſitores, & nemo adhuc ſucceſſorem ſuum interfecit. Quod ſi quem Dani repulſa peius afficit, ſciat is, telum Palatinæ iniuriæ altiùs penetraſſe, vt taceam, meritò id à Cæſare negari, quod neque rogatus dediſſet is, pro quo rogabatur. Ergo etſi Danus dignus fuerit, qui impetraret, Fridericus tamen dignus non erat, vt obtineret, nulla pœnitudinis ſignificatione calamitoſus, & in malè cœptis perrecturus. Qui interitum amat, ſalutem non inueniet.

CAPVT III.

Vnionis Status contra Imperium Romanum, eiuſq; conſtitutiones ſacratiſſimas varia molitos eſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Ipſæ Vnionis Tabulæ in littera & ſenſu eloquuntur, fœdus illud contra Romanum Imperium, aut nouandis in Imperio rebus, nequaquam ictum fuiſſe. Vt contrarium verò Compilator probet, pag. 39. hoc adſerit: Vnitos Triumuiros, quos ita appellat, cum noto illo Principe tractaſſe, & conueniſſe, annon tertium quendam illi Vicariatum attribuere poſſent? Sed reſpondetur, eiuſmodi oblatione opus non fuiſſe. Iam antea enim Vicarius Imperij, & hunc Vicariatum, antiquo hæreditarioq́; iure à maioribus ſuis conſecutus eſt, vt notoriè conſtat. Et quis verò pro crimine habeat, ex mandato in Heidelbergenſi Archiuo inquiſitum fuiſſe, num diſtincti Vicariatus in Imperio, & extra Imperij limites reperirentur? Sed ignorare non debebat Compilator, non tres duntaxat, ſed quatuor Vicariatus in Imperio eſſe. Sic namque Maximilianum I. Philippo filio ſuo, tanquam Principi Belgij, Vicariatum in partibus Friſiæ contuliſſe, in Theſauro Politico Mediolani Italicè impreſſo in relatione Flandriæ legitur. Sed qua ratione illo tempore huius Vicariatus conceſſio prodierit, & num quid cum conſenſu Imperij Statuum impetrata fuerit, quæque adhuc eius forma ſit, hoc verò Compilator quæſo nos doceat.

FABIVS.

Non inficior veſtræ Vnionis Inſtrumentum ſanctiorum verborum

tum eſſe, quàm vos ſitis Caluiniſtæ. Non omnia aut domi cogitata, aut in conſeſſu dicta chartis committuntur, quæ vulgari non præſtat, memoriæ creduntur fideliſsimæ monitrici. Qui fallere vult, conſilia tegit; alia & alia ſimulat; ſæpe pius hoſtis eſt, vt ſæuire poſsit. Innocua veſtra publica ſcripta eſſe quis dubitet? etiam verba fuêre, & mirabatur Orbis tam Vrbanam Ciuilitatem aliquot ab annis Caluiniſtas inceſsiſſe: ſed quæ fuêre vobis verba occulta? vos ſcitis, nos non audiuimus, niſi poſt aliquod tempus cùm perſonantia tormenta erupêre. Quę fuêre ſcripta veſtra occulta? vos ſcitis, quia ſcripſiſtis; & nos ſcimus; quia legimus frementibus vobis & rubentibus. Atque hæc in Cancellaria Anhaltina eleuantur, hæc reprehenduntur, hæc exagitantur, quia exagitatura Imperium erant. Cùm apud Iudicem hunc vel illum furti accerſo, & certis argumentis furto manifeſto, ne ille crimen vnquam diluet, ſi in vno altero ve alio loco manus abſtinuiſſe ſe dicat. Sint Caluiniſtæ publicis in litteris ipsâ Innocentiâ innocentiores, placidi, mites, quieti; non verto vitio, immò laudo; ſed non laudo occultas chartas, tectas fraudes, clandeſtinos dolos in pernitiem Reipub. cogitatas, propterea enim fabricati ſunt, vt nocerent. Ad hæc tu ſodes reſponſum expedi, non erant vi fœderis veſtri arma ex Pedimontio accerſenda in Catholicorum damnum, & tamen accerſiſtis vos & litteris & legationibus, atque vt etiam obtineretis, grandi non *Vicariatus* ſolùm, ſed etiam amplioris honoris promiſsione pellexiſtis. Tu verò hic hunc *Vicariatum* rides, quaſi vani nominis, quòd hæreditate Domino illi, & domui eius iam olim hic titulus venerit. Si conſtabat id vobis, quid detuliſtis, quod habebat? Aliò ſpectabat veſtra liberalitas, alium ei Vicariatum, & quidem tertium in Germania deſtinabatis, alium, mi Vir, promiſiſtis: puppos & puppas deceperitis, nobis eruditior mens eſt, intelligimus ea, quæ texiſtis. At tam grande crimen erit Vicariatum tanto Principi offerre? Eodem ergò ſe obligauit Maximilianus I. qui filium Philippum per Friſiæ oras Imperij Vicarium eſſe iuſsit. Attende Lector fucum Caluiniſticum, quo factum ſuorum obliuit. Cæſar Vicarij nomine filium in Friſia condecorauit: Ergo & Palatino, aut quibuſdam Triumuiris fas eſt, Imperij Vicarios renuntiare; Tuliſſes tu quemquam, Pleſſi, ſeu Principem, ſeu alium fortunæ humilioris hominem, ſi olim viuente tuo Domino Vicarium nominaſſet in prouincia ditionis veſtræ? Qui me viuo mihi Vicarium ſufficit, mihi regnum abrogat: meum eſt, vbi vſus exigit Vicarium mihi nominare, ac cum poteſtate alijs præficere, quid alij in munus ſe meum ingerunt? A quo Ioue hoc vobis ſupercilium Caluiniſtæ, non dicam poteſtas, imponendi Imperij terris Vicarios? an Senatuſconſulto, an Septemuirum,

Caluiniſtæ ad fraudes vt moliẽdas, ſic tegendas nati.

Penes quẽ ſit Vicarij ſufficiendi poteſtas.

an Ordinum omnium decreto facta vobis copia? Exemplum, quod memoratis, Maximiliani vos iugulat. Imperio ille præpoſitus fuit, & terrarum moderator; quos ipſe regere nequibat, alibi procul agens, alienis curis rectè mandare potuit. Sic olim quoque fecêre Imperatores Alpium iuga traiecturi, & in Italiam profecturi: Sic etiam nouiſſimè fecit Carolus V. cum Hiſpanias interuiſit Vicario Imperij relicto Ferdinando.

Vicariatus olim veſter, Saxoniſque Ducis in Interregno dumtaxat locum habet; Viuo Cæſare, nemo dominatur, niſi cui ipſe clauum committit, ſiue paucioribus committat, ſiue pluribus. Ne in domo quidem mea Vicarium tolero, niſi quem ipſe deſigno. Cur Cæſar in Imperio à vobis impoſitum ferret? Atque hinc habes, Pleſſi, rationem impoſiti Friſiis Vicarij, quam Cæſar tibi tuiſque reddendam non arbitratur, niſi fortaſsis miſericordiâ ſuadente, quòd ratione careas.

PLESSIVS.

Pag. 41. *Compilator ad Bohemicam & Romanam Coronam tranſit, eamque noto illi Principi eſſe oblatam adſerit, de quo agit pluribus in locis, vt cum pag. 68. Principis Anhaltini ad ſæpius dictum Principem iter memorat, & pag. 69. memoriale, & pag. 94. & 98. protocollum quoddam, variaque inde adducit; quibus, Imperium & Regna pro ſuo lubitu Vnitos transferre (pag. 43. & pag. 50. verſ.* Hierauſs, &c.) *varia contra Conſtitutionum Imperij auctoritatem moliri voluiſſe, ſi Diis placet, probet. Verum, Lector ſepoſito omni affectu allegatas à Compilatore inſtructiones illas, memorialia, ac protocolla penitius inſpiciat. Sic animaduertet, quatuor potiſſimum Electori Palatino in tractatione iſtâ cum noto illo Principe fuiſſe propoſita, quæ etiam ad honoris ſui conſeruationem insertâ conditione in ipſis pactis expreſſit. Primum, vt ſucceſsionem à Romano Imperio hereditariam amoliretur. pag. 69. in fine. Secundo, Articulum de Corona Romana ad caſum tantum vacantis Imperij, & occaſionem nouæ Electionis reſtrinxit d. pag. 69. & pag. 113. vbi verbis formalibus legitur:* poſt mortem Matthiæ Cæſaris, &c. *Tertio, quod votum ſibi liberum reſeruarit, vſque dum veniret illa occaſio, pag. 70. Ac quarto deniq; iuramenti Electoralis rationem accuratam inprimis habuit, dum profeſſus eſt, ſe illum dumtaxat nominaturum & Electurum, qui Imperio ad conſeruationem Priuilegiorum, eiuſq; Maieſtatis foret vtiliſſimus. d. pag. 70.*

FABIVS.

Magnificè omnia & pro Regio ſpiritu ſe geſſit Palatinus, cùm Athlantis vicem functus Ioui in ſuſtinenda Cœli mole iniuſſus ſuccedit: & tantopere cordi habet Imperium, vt conuellat. Et tu Pleſſi tametſi

metſi Lectorem ad plures paginas ableges, nuſquam caſtos inueniet: lenones alienæ Sponſæ fuiſtis, & laboráſtis Bohemiam legitimam cõiugem proſtituere, non viduam. Oculum primò tui Principis ad hæreditariam in Imperio ſucceſsionem ægrum nemo magnopere reprehendit, immò omnes Iuuenum ambitioſiſsimo ignoſcunt. Quis enim iure culpet, ſi homo ſitibundus omnem fontanam aquam in vnas ædes deriuatam nolit? Siti autem arere Palatinum oſtendit, quando in alieno Bohemiæ ſolo puteum fodit, ex quo interitum bibetet: neque vnus Palatinus eſt, qui natiuitati Imperium abrogat; libertatem eligendi omnes amant, & tuentur, atque ideò Septemuirorum Senatus à maioribus inſtitutus eſt, vt Princeps omnibus Imperaturus, ex omnibus eligeretur.

Quod ſi vna ex domo continuatis faſcibus pluribus plures effulgeant, per id Eligentibus libertatis poteſtas non adimitur; domui illi gloria eſt, tanto numero ab ea prodire Imperio dignos, neque enim eligerentur, niſi pares tanto honori haberentur.

Demus porrò tibi & alteram & tertiam conditionem, quâ promiſsionem aut datam ſpem de Imperii Corona firmauit Palatinus. Exſpectandam, vt tu vis, Cæſaris mortem, & vacantis Imperii occaſionem edixit. Imò verò non exſpectare ſolum hanc occaſionem, ſed & facere voluit, vt citiùs promiſſa impleret. Quorſum enim ſpectabant primum arma Alſatiæ intenta, niſi in Cæſarem? quem copiæ veſtræ in Bohemiam miſſæ petebant, niſi Cæſarem?

PLESSIVS.

Exagitent igitur, atque in odium adducant tractatum iſtum, quantum volent Calumniatores: certè quatuor illa iam commemorata circumſtantiæ & reſeruationes, apud omnes, tam Imperij Status, quam extra Imperium præiudicijs non occupatos, Electorem Palatinum facilè excuſabunt & defendent. Quid enim eſt, quod à Compilatore, aut alio quoquam in contrarium adferri, aut inibi ritè taxari poſſit? an non articulus primus omni caret controuerſia? an non ſucceſsio hæreditaria Imperio res eſt abominabilis & intolerabilis? an non illa in Capitulatione Cæſarea expreſsè eſt prohibita? certè quotquot Cæſares hodie Romani creantur, inſtrumento ſolemni, manus propria ſubſcriptione, & ſigillo ſuo confirmato, atque adeò ſanctiſsimo Sacramento totam illam ſucceſsionem hæreditariam adeò abiurant, vt coram facie Dei ac Imperij, nunquam ac nullo modo ad illam ſe adſpiraturos, promittant. Quis ſecundo ſiue Palatino, ſiue cuiuis alij Electori ius ſuum detraxerit, vt in caſum vacantis Imperij de idoneo, & Imperio vtiliſsimo ſucceſſore, etiam viuo Cæſare, circumſpicere, deque eo cum alijs conferre nequeat? Vbi illud in Aurea Bulla aut Conſtitutionibus Imperij

Electoribus interdictum eſt? Auguſtus ſanè Saxoniæ Elector viuo adhuc Cæſare Ferdinando cum Principe quodam Imperij qui tamen Elector non fuit, ſuper Electione ſucceſſoris communicare ac conferre non dubitauit, prout in Inſtructione, Doctori Krambio, Profeſſore Lipſienſi, data, hac Electorum prærogatiua, vnicum etiam, quod ex auita libertate reſtet, κειμήλιον indigetatur. Ac mehercle res mali exempli foret, Cæſari & Domus Auſtriacæ Principibus, quod in ſua, quā ad litteras quaſdam interceptas denulgauit, apologia Compilator vult, vt ſuæ domui Coronam Romanam vendicent, liberum permittere, cum tamen Cæſarea Capitulatio diuerſum omninò ſtatuere videatur: Vice verò verſa Electori & columnæ Imperij, à quo officij obligatio pro libertate Imperij & Statuum ſummam vigilantiam exigit, omnem curam eripere, quo minus in caſum vacantis Imperij de Succeſſore ſollicitus eſſe & liberam electionem pretioſiſſimum pignus conſeruare, hæreditariamq; adeò ſucceſſionem auerruncare poſſit.

F A B I V S.

Inſtar frementium irâ fœminarum digladiatur Pleſſius, tantoque linguæ conatu neminem vulnerat: neque enim infitias imus, & Electiones, & deliberationes in arbitrio Septemuirorum eſſe, quocunque tandem tempore; cœtus modò & colloquia quæſita non vergant in damnum rerum iam potientis, id enim nefas eſſet, ac iure inconceſſum, ſed à vobis, vt alia criminoſa, patratum. Iam enim ſupra dixi, totam Cæſaris domum petitam fuiſſe, non conſilijs ſolum veſtris, ſed armis quoque Matthiâ adhuc ſuperſtite, quem haud dubiè oppreſſiſſetis, ſi domus eius fundamenta, quod iam parabatur, ſubruere licuiſſet: dein vobis in animo non erat, per externum Principem ruens, vt alibi cauillamini, Imperium fulcire, neque rectius Regni moderamen aliunde accerſere, ſed veſtrum meliori ſufficere: fraudis fuit pollicitationibus pellicere alienas vires in veſtrum commodum vertendas. Quid enim? an non Coronam quoque Bohemiæ veluti dulcem illecebram Pedemontio oſtentaſtis? quid dediſtis? quo deuenit iſtud oſtentum? placuit etiam promittenti; habiturus eſt alter, quod iſte volet; Imperij quoque diadema promiſſum, vt obtineretur; obtentum nequaquam Allobrogis verticem, ſed Palatini tempora decoraſſet. Fruſtra opes profudiſſet, fruſtra exegiſſet promiſſi fidem Sabaudus. Promittere norunt Caluiniſtæ, cum egent; ſatisdare volunt, cum non habent; Veniſſet ſpe plenus Princeps ille, attuliſſet vires, pugnaſſet proſperè, victoriam obtinuiſſet, cui ceſſiſſet tantæ rei partæ vſus? Palatino, Imperium per has artes quærenti: neque enim Sabaudum vocauit, vt maneret: Quid faceret tandem populorum victor? bellum integrandum foret, cum finiendum eſſet, amica hortatio primas haberet, ſuis potius ſe in

Quo animo quæſita per Caluiniſtas à Sabaudo ſuppetiæ.

Digitized by Google

ſe in Italia redderet, quam inter infenſas gentes hæreret. Externi generis Principem eſſe, aduerſæ Religionis, alienæ linguæ, moribus & inſtituto ab ijs, quos Regnaturus eſſet diſcrepantem, Germanos peregrini Imperii inſuetos, aut non ſuſcepturos dominum, aut ſi ſuſcepiſſent, plenum infidæ regnum eſſe aleæ, rediret bellicâ onuſtus gloriâ domum, egregium nomini Sabaudico quæſitum decus victâ & fractâ Auſtriorum domo, liberatis è ſeruitute tot gentibus; hæc fore immortalia; regna & terras amitti poſſe, & quidem maiore cum dedecore, quam omnis prior gloria fuerit. Ceſſandum antequam fortuna aliam faciem induat, plurimos amiſiſſe nomen, quod nimium vellent. Hæc ſi refutaſſet Dux ille, promiſſumque impenſiùs poſtulaſſet, audiſſet porrò Spem quidem Imperij à Palatino factam, ſed exceptam pactis ſuffragandi libertatem; ita Palatinum pollicitum, vt ſuo nihil derogaret arbitrio. Solent enim Caluiniſtæ hac lege promittere, vt promiſsis non teneantur. Quid hic faciet Dux his fallacijs circumuentus? paret vim? iam propè omnem effudit? peſtis, prælia, magnam partem militum hauſerunt: qui ſuperſunt, pares Caluiniſtis non ſunt: neque expectare poteſt ſupplementum ab domo: procul gentile ſolum eſt, penetrandi ſunt Montes, & non vna interiecta terra, in quibus plures hoſtes, quam amici, qui antea fauebant, animos mutant, pabulantes arcent, carpunt, cædunt, omnia arctant; niſi abit, certa pernicies; ſi abit, omnia intuta & plena periculis; ſatiùs eſt tamen inniſo regno excedere, quam cum illo perire. Hæc merces tandem nauatæ operæ. *Caluiniſtarum fides in promiſsis.*

Atque deliberatum fuiſſe Caluiniſtis tantum Principem fallere, & omnia quæ Catholicorum ſunt ſui iuris facere, manifeſto indicio eſt, quod Palatinus alijque arcanorum conſcij Legatum in Sabaudiam iturum ſcripto monuerint, ea vafricie cum Duce agendum, vt intelligat cum Catholicis quidem bellum gerendum, ſed nequaquam aduerſus Religionem, quam abolere parabant, ſed ſcire nolebant Catholicũ Principem, quem eo nuntio à ferendis ſuppetijs abſterruiſſent. Verum non diu fraus valuit. Deprehendit Caluiniſticos dolos Allobrox, & hauriendos Ciuilibus procellis deſeruit, ſpectatque adhuc natantes. Itaq; de peregrino Cæſare Conſiliũ iniere, non vt haberent, ſed vt per eũ ſibi ad Imperij culmen viam munirent, nec tã vt Sceptrũ ab vna domo abſtraherent, quã vt ſibi vendicarent; Huc illorũ libertas pertinuit; Querelæ de tot congeſtis in domũ Auſtriacam longo iam tẽpore ſummis honoribus, præter virtutẽ Auſtriacam Imperia merentẽ, auctores ipſi Caluiniſtæ ſunt: olim non ſumma ſemper proſapia, non præcipuus ſanguis ſpectabatur; ſed potiorẽ locũ habuit rerũ experientia, prudẽtia, *Caluiniſtarum mens erat, Sabaudum fallere.*

pectus

pectus militare, & par tanto faſtigio ingenium, in ſimiles ſæpè ibant Septemuirorum vota; nobilioribus ſi pares non eſſent eligendi, virtutis dignatione fiebant. Hoc ſanè modo Rudolphus Sator Auſtriaci ſanguinis primus Imperij diadema adeptus, in hoc culmen ſtemma ſuum per omnem orbem viſendum extulit: ita Naſſouius Adolphus ad idē ſolium graſſatus. Ita Henricus VII. Luzenburgenſium Dinaſta, Comitum titulo infra Duces habiti ornamentis animi ſuperiores, potentiam ad Imperium non adferebant, ſed accipiebant, obſequiis Principum magni, & hoſtibus metuendi. Nunc alius ſeculorum Ordo, alia adfluxêre tempora, alij illuxêre dies, quibus pro deridiculo virtus eſt, niſi comitata domeſticis viribus, alienæ deſitæ ſunt, & iam pridem diuerſâ in religione ſentiētium ſtudijs diſtracti Imperij Principes parum capiti ſuo miniſtrant, præcipuè verò Vires Caluiniſtæ Imperatori indies accidunt, Maieſtatemq; irreuerentiâ & rebellione polluunt: delectum iam inſtitue, qualem priſcis Inſtitutū noſtri, inuenies plures Imperio idoneos, ſi imperandum ciuibus ſit, ſi priſcus in Cæſarem maneret reſpectus, ſi vetus ſubiectorum verecundia locum haberet, ſi auxilia ſuppeterent, fortuna conuertere vultum poſſet, & laureatos faſces pro arbitrio diſpenſare. Nunc Cæſari inter metuendos viuendum, inter infidos, inter rebelles, inter hoſtes; Et qui poſſit niſi armis munitus, aut potentiâ ſecurus? Vos Caluiniſtæ carum feciſtis Imperium, qui ſe eius mercatorem profitetur, millionibus & quidem innumeratis licitetur: Nimiùm auxêre pretium eius Caluiniſtæ ſub haſta; Arctos intra limites circumſcribuntur Principes, quibus aut animus, aut facultas ad has opum profuſiones ſuppetit. Nec tuus quidem Princeps, ô Pleſſi, quamuis arrogantiâ tumens, fuiſſet vnquā auſus ſupercilium in Cæſarem attollere, niſi in Anglia ſocer, in Hollandia auunculus, in Gallia Hugonottæ, in Bohemia rebelles, in Tranſyiuania Gabor, in Germania Vnionis Ordines, Caluiniſtarum fraude decepti animū adeò extuliſſent, vt ab ijs aureos Olympos, & argenteos caucaſos, atq; ipſam omnipotētiam ſperaret & exſpectaret; imò verò exſpectat adhuc, quod ei non inuidemus. Itaque ſi quæ libertas Electoribus adempta eſt, ademêre eam ij, qui queruntur ademptam, vt obtineāt. Sed Numen illud vetuit, vt plùs Caluiniſtis liceret, quàm hactenus fecerint, cum interitu Orbis. Satis poteſtatis habent, ſi viuunt.

Quorum ope fultus Palatinus in Cæſarem inſurrexerit.

Per iniuriam autem, tu Pleſſi, hoc loco Compilatorem inceſſis ſignificantem, permiſſum Auſtriæ Proceribus vendicare domui ſuæ Imperium tanquā perenne, In qua Apologia hæc ſignificant? an in litura: ecquid nō nominas librum? nihil in litura ſignificat, niſi te tuiq; ſimiles homines eſſe fraudulentos, & imperio exitioſos. Quia ergò ille nihil

Digitized by Google

nihil huiuſmodi ſignificat, dicam ego tibi quid ſentiam, & quid tu ſentire debeas. Nullo Iure, nullâ lege, nullâ conſuetudine vetitum eſt honorem, aliorum ſuffragijs conferendum, cuius capax eſſe poſsim, petere: quem ſi ego adipiſcor, & filiis & nepotibus optare, pariterque petere, fas eſt, imò etiam iuſtam operam dare, atque per virtutem allaborare, decori metas nequaquam excurrit, modò ne inhibeā ſtudia partium ad eandem dignitatem adſpirantium. Quod enim commune eſt, vnius proprium mancipium fieri non debet. Quare ſi Auſtriaci Principes ad id ſe ſolùm adniti profiteantur, nullo ſe ſcelere impiabunt. At verò ſi iure, ſi more, ſi vi, ſeu apertâ, ſeu occultâ ſuum facere, quod cõmune eſt, ſtuderent, tum demum in leges Imperij committerent, tum iuſiurandum violarent, & meritò id Caluiniſtæ reprehenderent, ſi tamen poſſent, culpare recta aſſueti: Demum quia Pleſsi Electori licere putas, quod nec ego abnuo, Cæſare adhuc in viuis agente volutare animo, & colloquio, ſucceſſorem, Palatino tuo hunc intempeſtiuum laborem ſuggere, vacat enim iam & haud facilè improuiſa eum Septemuirorum comitia obruent. Nemo nimis properatò ad illa veniet, qui nunquam veniet.

PLESSIVS.

Tertius iam & quartus articulus cum Aurea Bulla ac Iuramento Electorali vſque adeò congruunt, vt nec Compilator, nec quiſquam alius contrariâ illos ratione iure poſsit impetere. Atque hic inprimis notandum, Electori Palatino, vt Duci Sabaudiæ hac aperiret, ab Archiduce Maximiliano anſam, & occaſionem fuiſſe ſuppeditatam, qui in Conſilio de ſucceſsione Imperij Pragæ 16. Februarij 1616. concepto, Matthiam Cæſarem ſucceſsionem ab Electoribus eatenus vrgere ſuadet, vt ſaluâ quidem Electione, Maieſtati tamen Cæſareæ libera concedatur futuri ſucceſſoris deſignatio. Quod quale Principium, quantumue præiudicium ſit, colligere haud eſt difficile. Sic enim primo ſucceſsioni hæreditariæ via aperitur, cum Cæſaream Maieſtatem familiæ ſuæ aliquem eſſe deſignaturam ne dubitari quidem poſsit. Nec ſecundo libera, ſed circumſcripta & limitata eſſet Electio, ſi ipſis Electoribus ad Cæſareæ Maieſtatis factam deſignationem alligatis, ſubiectum idoneum aliud nominare non liceret. Inſuper ac tertio, iuramento hoc Electorali, quo ante electionem maximè idoneum ac vtiliſsimum ſe Electuros, ne gratiam vllam, nec dona ſpectaturos, publice iurant, è diametro eſſet contrarium. Si enim penes Cæſaream Maieſtatem futura eſſet deſignatio, Electores non quem vtiliſsimum ex conſcientia ſua iudicant, ſed à Cæſarea Maieſtate deſignatum, ſiue vtilem illum, ſiue inutilem, cum iuramenti ac conſcientiæ periculo eligere neceſſariò cogerentur. Quapropter omnes & ſingulos, quotquot aliquo adhuc Veritatis & Patriæ libertatis amore tenentur, monitos volumus, vt

Digitized by Google

mus, vt quo conſilia hæcce dirigantur, & ſint euaſura, tandem accuratè perpendãt, nec Bauarico huic libro ſeducendos adeò ſeſe præbeant, vt, in gratiam Compilatoris & Complicum, vigilantes libertatis Germanicæ vindices, tanquam fraudulentarum noxiarumque machinationum auctores damnare atque odiſſe non deſinant.

FABIVS.

Nempe expedito & fluente calamo opus ei eſt, qui inter ſacrum & ſaxum hæret, vt famæ per malas artes dehoneſtatæ, labes detergat, & cum facinore impollutus appareat; Quorſum oro te Pleſsi iſta? Conſilium Maximiliani Archiducis bono domus ſuæ captum facinora veſtra non minuet, nam vos communis boni nequaquam obliti, ſed negligentes in publicam pernitiem cum Principe externo egiſtis, non vt veſtrum Dominum mutaretis, ſed vt nullum haberetis; Votis veſtris coronas regnorũ deſpõſabatis, & malebatis Reges eſſe, quàm facere. Archidux Maximilianus Domui ſuæ tot annis tractatum, laborabat ſeruare ſceptrum curâ nulli noxiâ, ſed neque aduerſante libertati Electorum, Beneficium renuntiandi ſucceſſores æque in poteſtate erat Septemuirorum, atque ipſa Electio; & aliàs non rarò in alijs electionibus euenit, vt certis de cauſis Electores ius ſuum ſponte cedant, aliiſque conſignent, rata aliorum vota habituri, neq; aliquod inde Reip. detrimentum ingruit; nam cùm pueritiam prìdem expuerint Electores, prudentiores ſunt, quam vt rerum ſummam in caſum dent, & temerario alicui homini, qui noxium Reip. Principem imponat, concredant. Neq; facilè quiſquam reperitur, qui ſi bonus ſit, ſibi diſsimilem ſucceſſorem velit; minus adhuc damni timendum, ſi noſcantur omnes, inter quos tanta ſors inerrat, qui ſi Imperatoriâ virtute non diſtent, nulla iactura eſt, hoc aut illo carere, ſi alius, par Imperio delectus, Imperium capeſſat. Verùm iſthoc quidquid eſt, in arbitratu Electorũ vertitur; ſi poſtulatur, annui poteſt, & abnui, vt ſua in ſtatione maneat libertas, quam Caluiniſtæ imminutam propugnant, vt augeant ſuam. Admodum autem arridet audire Caluiniſtam de conſcientia Religione adeò religioſè diſſerere, iurateq; fidei admonere Septemuiros, vti in eligendo Principe virtutes tanto muneri ſuffecturas conſiderent; qui enim inepto ignauoq; ſuffragatur, ſanctitatem Iuramenti profanat; Dignum ſuperis documentum, ſed quod ſuis magiſtris alia facientibus probroſum ſit. Agedũm Pleſsi, ede mihi quo tua tuorumque conſcientia è pectoribus veſtris migrârit, quando Francofurti Anno 1619. etiam veſtrâ operâ, licet tardâ, Ferdinandus Imperij culmen aſcendit? an non & hic voto veſtro in hanc magnitudinem elatus? haud dubiè eum Impe-

Ferdinãdus Imp. etiã Cal-

Imperio digniſsimum iudicaſtis, hunc aliàs honorem nunquam detuliſſetis, parſuri præſentis conſcientiæ veſtræ teneritudini. Vos aptiſsimum eum cenſueritis? in propatulo iudicia veſtra ſpectantur: Inſpicio pag. 80. Anhaltinæ Cancellariæ, & lego *Ferdinandum, non eſſe habile Regno*, item pag. 86. *ineptam in Germania factam Electionem.* Ergo ineptus Ferdinandus, quia apti Electio, non eſt inepta? Ergo vos votum contuliſtis veſtrum in ineptum aduerſus iuramentum, aduerſus conſcientiam? ſed non mirum eſt eo vos tempore à conſcientia deſertos, ſolenne eſt illi aliàs peregrinari. Dices Pleſsi, vos vi qua licuit pertinaciſsima interceſsiſſe, ſed aliorum torrente demum abreptos probaſſe publicè, quod clàm damnaueratis. Hæcne conſcientia veſtra, vt malum faciatis, quia alij faciunt, & ne ſoli probi videamini? quæ vobis violentia illata, vt Ferdinandum, quem Cæſarem nolebatis, Cæſarem eſſe iuberetis? Abeundum vobis potiùs erat ſine ſuffragatione, ſed ſatis erat conſcientiam abiiſſe.

uiniſtarũ opera ad Imp. euectus.

PLESSIVS.

Porrò hoc loco ad maiorem ſupradictorum perſpicuitatem particularia hæc duo celandus Lector non eſt. Primum illud, quod Albertus Archidux viuo etiamnum Cæſare Rudolpho, ac multis ante obitum eius annis ad Imperium Romanum adſpirauit, ideoque Electoris Ioachimi- Friderici Brandeburgici votum per Comitem ſeniorem Petrum Erneſtum à Mansfeld emendicare laborauit; Qui Comes continuo Capitaneum Molzerum in Marchiam Brandeburgicam ablegauit, per eundem cum binis Nobilibus, quorum, vbi opus erit, exprimi poſſunt nomina, egit, vt hoc negotij ſuſciperent: conditiones etiam ac dicti Archiducis oblationes cum pertinentibus eo ſcriptis illis tradidit, quas illi ſuo loco poſtea retulerunt, ſolicitaruntquè. Cuius rei viui ἀξιόπιστοι, inſignes ac partim Principes viri teſtes nominari poſſent, & fortè, vbi neceſsitas exigit, etiam dictorum & ſcriptorum exempla producere liceret.

FABIVS.

Rurſus innocentiam aſſeris ex alieno facto, quod tamen nullo iure prohibetur. Quæſierit Albertus Imperij diadema, quæſijt apud eos, qui iure dare poterant; vos quæſiuiſtis apud eos, qui raperent. Quẽ commouebit hæc narratiuncula? nonne & vobis ditem ſocerum præſtiſtis? Non ſunt aliena à Principibus creſcendi per honores ſtudia, recta & legitima. Neque probroſum eſt etiam procando tantam Sponſam illicere: fortunæ quæritur, & datur quæcunque honeſta via.

PLESSIVS.

Alterum particulare eſt, quod adeò Domus Auſtriacæ Principes pactum inter ſeſe (a Papa poſtea Paulo V. ac poſtremum perfuncto Hiſpaniarum Rege ſubſcriptione rati habitum) Anno 1606. inſcio Cæſare Rudolpho inierint, cui de ſucceßione Imperij expreßè inſerta prouiſio, atque vt dignitatem in ſua domo continuarent; vnanimi conſpiratione ſe obligarunt, primogenito Archi duci Matthiæ (quem tamen olim prævertere Albertus ſuperius enarrato molimini conatus fuerat) ad conſequendā Rom. Imperij Coronā opem omnē laturos, primo vrgente neceßitate, coacto etiam exercitu adfuturos eſſe. Quod ſi itaque Principibus Auſtriæ ad Coronam Cæſaream viuo etiam Cæſare adſpirare, ſucceßionem, imò Imperij pactis, familiæ inſerere licet, quæ tamen omnia ſucceßionem hæreditariam Capitulatione prohibitam, & rem Imperio & Reipublicæ Germaniæ abominabilem, ipſaque morte acerbiorem inuehunt, aut ſaltem ſemitam ad ſeruitutem ſternunt: Qua tandem ratione Columnæ Imperij & Publicæ Libertatis cuſtodi vitio verti poteſt, eundem in tanta imbecillitate Matthiæ Cæſaris (vt qui pedem iam alterum in ſepulchro haberet, ac veluti ciuiliter mortuus eſſet, quique poſt paucis menſibus naturali morti debitum perſoluit) cum Principe Imperij ad præcauendam ſucceßionem hæreditariam cum nullius mortalium præiudicio contuliſſe. Ex quo vel manu tangere licet, quanta cum iniuria Elector Palatinus à Compilatore toties crimine læſæ Maieſtatis, ac quaſi Imperia & Regna ab vno ad alium transferre, domuiq; Auſtriacæ tres Coronas rapere ſategiſſet, falſo accuſatus fuerit. Omnia enim, vt ex Cancellaria ſuperius oſtenſum, in caſum mortis Matthiæ Cæſaris & vacantis Imperij fuere expreſſa conditione reſtricta. Mortuo autem nihil auferri poteſt, quia nihil amplius habet, imo amplius non eſt, & non entis nulla ſunt qualitates. Vacans enim Imperium ſiue vacans Corona Imperialis nemini auferri poteſt, quia à nemine adhuc poßidetur, ſin verò vacantem Coronam Romanam futuro Cæſari Romano ante ipſius Electionem, aut domui Auſtriacæ, Comitem Palatinum interuertere voluiſſe aliquis cum Compilatore (pag. 33.) dicat, ne neceſſaria conſequentia ſequatur oportet, Cæſaream Maieſtatem nondum electam, vel Domum Auſtriacam ius aliquod in Coronam Romanam iam ante habuiſſe. Nihil enim detrahi alicui aut eripi poteſt, quod nunquam habuerit; priuatio enim præſupponit habitum.

F A B I V S.

Conuenta Auſtriacorum Principū Conuenta Auſtriæ Principum nihil ad te, nihil ad me; ad imminuendam Electorum libertatem non vergunt; per ea ire tantummodo conſultum Sereniſſimæ domui, in vltimis Rudolphi curis, volebāt. & ne ipſi fors diſcordiā diuiſi amitterent, quod ſperare poterant Imperium

perium,ſtudia ſibi mutua addixere, hoſtes vnâ futuri præter ius obſi-ſtentibus; ſi tamen propiùs verum eſt de vlla militia inter Archiduces actum;arcana Senatus illius, neq; auribus, neq; oculis hauſi,niſi apud te fallere nō inſuetū,& excuſationes facinorum per mendacia molientem.Quæ cum ita ſint,leua animum dolore grauem;qui in mortem te afficit, ſucceſsio hæreditaria nondum eſt poſtulata,nondum admiſſa. Et cura tua hæc mortualis indicio eſt, Regios tibi quoque ſpiritus,qui Regnum alijs tam anxiè inuideas:minus angereris,ſi minus cuperes,niſi fortaſsis ſignificare velis, Domini tui Palatini,in longæua hac aliorũ fortuna cordolium;hoc credo;ſolet.n.is ſemper dolere;olim in aliena, nunc in ſua.Quod Princeps tuus legem Maieſtatis violarit, cum clandeſtinis fallacibusque blanditijs alium ad vidui Imperij coronam petendam inuitauit, nemo ſcripſit, licet alio crimine non vacaret, quo ſubruere tot annis inconcuſſum Imperium, & euertere omnes Catholicos parabat.Tum verò etiam Maieſtatem læſit, quando Imperatoris rebellibus conſilio & auxilio adfuit, quando ſocia tumultuantibus arma iunxit, quando Sacroſancto Cæſaris vertice Coronam Bohemicam decuſsit, ſuo imponendam. Hæc tu defende Pleſsi iuſti ponderis crimina;minora ad libram non examinamus,maioribus feſsi. Cætera quæ fundis, rerum peritis inania ſunt, neque vel vulgò neſcitur nihil iuris in Imperium eligendo, antequam eligatur, & fruſtra Philoſophum oſtentas ſententiolis quibuſdam è ſacciperio iactantiæ protractis, quaſi nos ignoremus nudo non poſſe veſtes exui? *mortuo cui nihil eſt, auferri nihil poteſt. imò amplius non eſt?* imò verò etiam viuis, mi Pleſsi,vt ſcias,quam altè Philoſopheris, nihil amplius auferri poſſe, vos exemplum eſtis.

quorſum inſtituta.

Crimina Palatini.

PLESSIVS.

Hoc verò planè nouum & inauditum, immò monſtroſum quiddam in Imperio eſſet, Cæſareæ Maieſtati ante Electionem in Coronam Imperialem aliquid iuris fuiſſe, quod nec Cæſareos Conſiliarios ac miniſtros ipſos, imò adhuc minus illud, quod ex verbis Compilatoris noſtri neceſſario elicitur, probaturos veriſimile eſt, Domum Auſtriacam, ſiue ante, ſiue poſt electionem ius aliquod in Coronam ſæpius nominatam ritè prætendere. Diſcrimen enim inter Electum Cæſarem & Domum Auſtriacam quis non agnoſcat maximum? Ius Cæſaris perſonale eſt, perſonam non egreditur, & cum perſona extinguitur. Iura Domus Auſtriacæ ſunt realia,& ad ſucceſsiones tranſeunt. Sic Compilator cæco zelo, quo Electorem Palatinum ac Vnitos maiori omnium exponat odio, abripitur, vt cæteris prioribus iam recenſitis alios etiam palpabiles in hoc articulo errores, ex quibus multa abſurda & inconuenientia ſequuntur, adijciat. Non enim nouum

eſt pro tuenda Germaniæ libertate pacta nonnunquam, conventiones, & fœdera cum alijs Principibus iniri, cuius rei ipſi Boiariæ Duces, ac Vvilhelmus, ac Ludouicus inprimis exemplum nobis luculentum præbent. De quibus audiatur Thuanus lib 2.hiſtor. Cum aliquot ante annis (*vt Imperium in familia firmaret, Carolus V. ſcilicet*) Ferdinandum fratrem Regem Romanorum Coloniæ renunciaſſet, id Septemuiri & alij Germani Principes, quod contra Carolinæ Conſtitutionis leges factum eſſe dicerent, magnopere improbabant, & ſine Septemuirorum conſenſu potuiſſe fieri negabant. Itaque & eo nomine Saxo, Heſſus, Wilhelmus & Ludouicus Bauari fratres, Libertatis Germaniæ tuendæ cauſa clam fœdus icerant cum Franciſco, qui centum aureorum millia in eam rem apud Boiaros depoſuit, vt in promptu eſſent, ſi quid inopinati accideret. *Cum eodem Galliarum Rege Franciſco pactum inijt Landgrauius Haſſiæ Philippus, cuius vigore pecuniæ ſummam impetrauit, quam exercitum ille collegit, ac Vdalricum Vvirtembergiæ Ducem in Principatum ſuum reſtituit, ſine quo nec ipſe, nec eius poſteri fortaßis illum recepiſſent. Ad hoc nemo ignorat, quæ ante 71. annos cum Henrico II. Galliarum Rege pro libertate Germaniæ à Mauritio Saxoniæ Electore, Alberto Marchione Brandeburgico, Ioanne Alberto Duce Megapolitano, Vvilhelmo denique Haßiæ Landgrauio ſancita fuit confœderatio. De illa itidem Thuanus lib.6.* Adiectum conditionibus, videri è re omnium eſſe, vt Rex quam primum Cameracum, ſi poſsit, Diuiodurum ſiue Metim, Tullum & Virodunum, Lotharingiæ ciuitates occupet, & præſidio firmatas Vicarij Imperij nomine in poſterum teneat: bellũ in Belgio excitet, quo Cæſaris vires pluribus locis occupati diſtrahat. Poſtremò à fœderatis promiſſum, ſe deinceps pro tanto beneficio Regem amici & parentis loco habituros, eique viciſsim in conſeruandis & recipiendis prouincijs, ſibi aut maioribus ereptis, præſto futuros; & omni ope enixuros, vt ipſe in Cæſarē eligatur, ſi velit, ſin minùs, vt is eligatur, qui ipſi videbitur, qui amicitiam cum eo colat, & pacta hæc ſeruaturum iureiurãdo promittat. *Et paulò ſuperius:* In primi trimeſtris ſtipendia Rex 240. millia aureorũ, in ſingulos ſequentes Menſes 60. millia dependat.

F A B I V S.

Planè *nouum* eſſet ſi Auſtriaca Domus ius ante Septemuirûm beneuolentiam ſibi vendicaret. Neq; tu hoc ex verbis Compilatoris deducere, ſi rectè ratiocineris, potes; bruto more omnia potes, quemadmodum & hic brutè loqueris cum ais: *quod ex verbis Compilatoris neceſſario elicitur*, nihil elicitur, niſi te delirare, & me, morbo tuo medicinam facturum, fruſtra laborem impendere: *Diſcrimen Cæſarem inter & Domum Auſtriacam* alios doce, ſcimus nos hæc tua pronunciata, *ius Cæſaris*

perſonale eſt, perſonam non egreditur, & cum perſona extinguitur. Iura Domus Auſtriacæ ſunt realia, & ad ſucceſſores tranſeunt. Heu quantum acumen! etiam iura Cæſarea ad ſucceſſores tranſeunt; quid damnatæ cauſæ veſtræ obtenderetis, niſi verba ſuppeterent. *Compilatorem committere palpabiles errores*, vti tu loqueris *ex quibus multa abſurda & inconuenientia ſequantur*, nondum demonſtras; Vos eiuſmodi errores commiſiſſe longo iam exilio experimini. Fœdera aduerſus Imperatorem inire, fas eſſe, nulla eſſe exempla docebunt, niſi fortè Cæſarem Cæſar exuat in apertũ damnum Reip. Quare ſi Carolus V. abſque Electorum conſenſu Ferdinandum fratrem Romanorum Regem Coloniæ renuntiauit, meritò poterant id Septemuiri improbare, & ius ſuum etiã alienâ ope tueri. Sed tu iniuriam infers Carolo, mi Pleſsi, cum Thuano tuo, qui res Germanicas ex tui ſimilibus hauſit, & te in auia duxit, ſpontè erraturum. Carolus tot Regnorum Rex, totum ſe Germaniæ impendere non potuit. Iam Italia, iam Belgium, iam Hiſpania reuocabat. Ne quid igitur detrimenti per abſentiam Imperium caperet, Coloniæ vbiorum Ferdinandum Septemuirum Senatui exquiſita cum commendatione ſtitit, vti eum Romanum Regem decernerent, futurum ſui abſentis cum auctoritate Vicarium. Electores etſi Carolum permanere ad clauum Imperij præſentem mallent, tamen Cæſare inſtantiùs compellante, *collatu Conſilio* (inquit Sleidanus extremo lib. 7.) *quinto Ianuarij die, anno M.XXXI. Ferdinandum renuntiant Romanorum Regem.*

Carol. V. Ferdinãdum Septemuiris ad Imperium cõmendat.

Viden' Pleſsi, & te tuumque Thuanum hallucinari, & per affectum in ſyrtes à vero abripi? Cæſar proponentis partes ſuſtinuit, non eligentis: multò minùs renuntiantis; ipſi Septemuiri Regem dixere, vno & ſolo obnuntiante per filium Saxone, quantâ quantâ potuit operâ. Iam enim tum equus Troianus occultum vterum ferebat, & magno molimine parturiebat bellum Schmalcaldicum; Vt iuſtiùs autem eo facto Saxonem & Heſſum irritatos perſuadeas, Duces Bauaros Gulielmum, Ludouicumq; aduerſis Cæſari partibus aſſocias, commendabili labore, & ſtipendium promerente. Nam præter te tuumq; Thuanum nemo tã operoſus fuit, ne ipſi quidem Bauariæ Principes, quippè qui nunquam fœdus hoc inierint, Carolo Cæſari per omnem vitam addicti. Et ſolus Thuanus laudatam pecuniam depoſuit, latebriſque condidit perpetuis, vt nemo videret, quod nemo acceperat. Duo præterea fœdera memoras cum Gallo pacta. Alterum Haſsi Vlricũ Wirtembergiæ Ducem à ſuis, quos irritauerat, eiectum reſtituentis; alterum Saxonis, Haſsij, aliorumque præſidia aduerſus Cæſarem comparantium, quę vti contra Imperij leges & comitiorum ſcita ſunt inita, ita à nullo, quibus Imperij ſtatuta, ſummique magiſtratus obſeruantia

cordi

cordi ſunt, fuêre laudata: ſi vis iniuſta inferatur, repelli poteſt, quocũque innocentiæ aſſertore: Si durius dumtaxat Imperium apud inſuetos parendi laceſſit, vt te propugnes, neque tuâ, neque alienâ manu opus eſt: fac, quod iuberis bellum, aut non incipiet, aut mox finietur. & quoties tu Pleſſi monendus es, aliorum peccata cauſæ tuæ nihil ſubſidij adferre.

PLESSIVS

Huius nunc Confœderationis ſubiecta materia ſi cum illo tractatu, quem Cancellaria Bauarica cum Duce Sabaudo initum tantopere exaggerat, conferatur, en tibi, quanta differentia? Hic enim nihil aliud, quam ſimplex quædam communicatio cum Principe Imperij fuit; illa cum Principe extero Galliarum Rege in fœdus perfectum abijt: Nuda illa communicatio perfectionem non ſortita in contemplatione & idea perſtitit: hæc ſolemnis confœderatio omnibus abſoluta circumſtantiis & corporali vtrinque iuramento firmata fuit, quod in dicto ſexto Thuani libro videre eſt. Tractatum illum nihil, hanc inſignis expeditio ipſo facto ſecuta eſt. Contra ipſam Cæſareæ Maieſtatis perſonam nunquam Elector Palatinus in campum prodijt. At Mauritius Elector cum confœderatis ipſum Carolum Cæſarem adortus, eundem & proprio domicilio eiecit, omniaque, quæ in illo reperiebat, militis direptioni permiſit: Promiſit inſuper Mauritius omni ſe ope enixurum, vt Galliarum Rex in Cæſarem eligeretur, non addita (vt in tractatu illo Sabaudico diſertè factum) in caſum mortis vacationis futuræ limitatione. Nec Galliæ Regi ſolum tum promiſſa fuit Electio, ſed etiam, ſi minus vellet, eum electurum iri, qui amicitiam cum Gallo coleret, & pacta hæc ſeruaturum iureiurando ſponderet. Videt itaq; Lector, longè vlterius, quam in tractatu illo Sabaudico, cum Gallo confœderatos illos, quos diximus, progreſſos, quos tamen nemo, vel tunc, vel poſtea in Imperio ob confœderationem illam, aut eius vigore, cõtra ipſum Carolum V. ſuſceptam expeditionẽ criminis læſæ Maieſt. poſtulauit, vel abditorũ, fraudulentorũ, ac noxiorum, contra Cæſarem, Imperiũ, aut eius conſtitutiones, conſiliorũ reos fecit. Quod nec Compilatorẽ adgreſſurum credibile eſt. Nam ſi hoc auderet, procul dubio malam ab Electore Saxoniæ, Brandeburgi, Neapolitano, Haſſiaq; Principibus relaturus eſſet gratiam. Imo à cunctis communiter Proteſtantibus actione iniuriarum publico nomine impeteretur: quippe cum omnium confeſſione per illam cum Rege Galliarum confœderationem (ſine cuius ope tantum onus nimis graue fuiſſet) & mox ſecutam belli expeditionem libertas Imperij conſeruata, & pax Religionis acquiſita ſit.

FABIVS.

Caſſo labore & te Pleſſi & Lectorem fatigas; Saxo alijque Principes libertatis Germanicæ immodici, iungendis per fœdera ſocijs, bellum

bellum ciuile parabant, exéplo minimè laudato, alioqui vos nō ſequeremini. Quanquam multo peior cauſa veſtra; nulla enim Imperiorum acerbitas vos ad bellum impulit, ſed Imperiorum cupiditas. Auxiliū quæſiuiſtis non aduerſus armatos, quia nudi & innoxij Catholici fuimus, ſed vt nos Catholicos perderetis, vt regna & Prouincias alienas veſtris adijceretis, deluſo eo ipſo, quem infidis honorum illecebris demulcebatis. Opem implorare, ſi patiaris, alienam potes; implorare nō potes, vt alium per nefas ſternas, præſertim Cæſarem, quem Regno Bohemico iniquitate ſuorum eiectum, tuus Princeps, ne rediret, armis coercuit, ſedemque ſcelere vacuam haud diuturno triumpho occupauit: hoc tu inter illa puta, quæ Maieſtatem læſère, hæc propter ſolum vertit, diris per omne Imperium deuotus. Quare induc ipſe, quæ ſcripſiſti reliqua: inter Saxonis aliorumque facta, & tua facinora nulla ſimilitudo eſt, quia tua ad ſpoliationem bonorum, & euerſionem Germaniæ, illa vti Principes rebantur, ſalutem ſpectabant. Quare nemo Principum nos in ius ambulare iubebit; ſcriptio noſtra vos Caluiniſtas petiuit, quia arma veſtra, clandeſtino dolo parata, nos petebant; Sed, agente Numine, qui damnum intulère, ſoli tulère: nouit vindicta hoſtem ſuum, qualis nobis nullus eſt, niſi qui ſe facit.

PLESSIVS.

Quanta itaq; inæqualitas & iniquitas eſt; ſoli nunc Palatino Electori nudā aliquam ac ſimplicem propoſitionem ex amore Patriæ libertatis profectam, & ad præcauendam ſucceßionem hæreditariam vnicè tendentem, vt nefas & morte piandum exprobrare? Ex prioribus porrò liquet, Regem Galliarum Henricum, (veluti Rex quoque Franciſcus Bauaris olim & Haßiæ Landtgrauio idem præſtitit) ingentem pecuniæ ſummam Mauritio Saxoniæ Electori, & ſocijs ad expeditionem illam ſuppeditaſſe, maioris ſecuritatis cauſa datis vtrimq; magni nominis obſidibus. In tractatu autem cum Sabaudo, qui ipſe tamen ad effectum non peruenit, immane quantum Compilator exaggerat, quod certa ſumma pecuniæ in propoſitione, vt & ad Rempub. Venetam, mentio facta fuerit: quaſi verò ab illa Republ. ſubſidium pecuniarium poſtulare monſtri ſimile eſſet? an non eadem Henrico Quarto, vt Coronam Gallicam è manibus Hiſpanorum eriperet, inſigni ſubſidio pecuniario, cum æterna ſingularis prudentiæ & tempeſtiuæ liberalitatis laude ſubuenit? Annon idem meruit encomium, quum Duci Sabaudiæ, vt ſuas ditiones contra Hiſpanum, ac præſertim Don Petro de Toledo (qui cum 40000. militum copijs ditionem eius ingreſſus, Vercellas iam occupauerat) defenderet; eadem ope ſuccurrit.

FABIVS.

Nulla eſt iniquitas Pleſi, iniquos Imperij inſidiatores Orbi eorum artibus ruituro, patefacere; nihil à vobis patratum amore Patriæ, niſi fortaſſe totum Imperium veſtram Patriam cogitaueritis, huius enim amore, vt obtineretis, multum feciſtis. Sine dubio hæreditaria ſucceſsio interciſa fuiſſet vobis ſuccedentibus, quia virtus, quæ ſola tanti honoris hæredes inſtituit, nondum adeò apud vos adoleuerat, vt parem Imperio ex Caluiniſtis reperiret. Iam ſæpe iteraui, nihil ſceleris admiſſum colloquio de ſucceſſore Imperij per mortem præſentis, vacaturi; ſed non impetrabilis veniæ ſunt, de viui Cæſaris exuuijs, de tot Prouinciarum, quas Catholici iure ab antiquo poſsident, rapinis & conſilia agitata, & bella ſuſcepta; Iam dixi Bauaris Ducibus à Gallo nullam pecuniam numeratam, obſides neque datos, neque acceptos. Quid Saxo Mauritius fecerit haud ſcio, nec mea refert, nec te iuuat; ſuperos arbitror propitio Numine interceſsiſſe, ne notus tibi Princeps militiã à vobis ſollicitatam præcipitaret; nemo ab ortu mundi charius militâſſet, profundenti enim omnia ſua; alieni nihil dediſſetis; commodo veſtro prouocatus fuit, non ſuo, quod luce palàm eſt, ex conſultationibus veſtris Electioni Bohemici Exregis Palatini præuijs, & nuper typo editis. Recluſa ſunt inſidæ aſſentationis arcana: non vnius ibi perfidiæ velut apud Iudices inquiritur, quippe *aduerſus Geneuenſes vobis moribus, & religione cognatos violator fidei toties data*. Quid Bohemi ſperent? arma ſperabunt, regimen eius aſpernabuntur: namq; *imperitus œconomiæ eſt, rerum agendarum intempeſtiuus, opum prodigus, improuidus; nullus apud eum belli apparatus, non armamẽtaria, non cõmeatus; inquietus, bellorum appetens, & excitans*, ingens *Bohemis malũ futurũ, ſeu cœpta bella proſequi, ſeu Regem ſuũ deſeri neceſſe ſit. multis inſuper filiabus oneratus eſt, & quidẽ ſeparatã ab alijs pompâ ſumptuoſis, ingratus erga benè meritos*. Has aliaſq; ventilauêre Caluiniſtæ Allobrogis prærogatiuas, cùm Regem lecturi, quoſdã Principes in delectũ vocarent, vt præter vnum, quẽ votis ſuis pridem deſtinârat, omnes infamarent. Quibus te laudibus magne Princeps coràm extulerint, ſine dubio meminiſti: ſuſpecti tibi ex parte fuerint vti aduerto fuiſſe, cùm deſerueris tam ſubdolos, tamen non credidiſti, tegere omnia nôrunt, præter Virtutem, quam non habent. Nec maior eorum in Venetos (quantumuis hic ingentia in Gallos merita amplificet) amici animi promptitudo, à quibus haud quaquam ſtultè pecunias mendicarunt, ſed Veneti ſapientiùs denegârunt. Quid enim tam fallaci & ingratæ factioni aurum ad libidinem belli proijcerent? eodem loco, quo Sabaudi Principis famam denigrant, etiam Venetos ſordibus auaritiæ

Sapiẽter à Venetis negata

ritiæ

ritiæ adſpergunt: aiunt enim: *parum alijs præſidijs in illa Republ. ſui ſolùm Caluini-commodi obſeruatrice, & Styriæ, Carinthiæ, Croatiaq; terris inhiante.* Ite Veneti, & immanibus belli expenſis, eripite malis Caluiniſtas, tantos veſtræ virtutis præcones; laudare & vituperare Caluiniſtæ nôrunt, prout vſus exigit, & nos credimus, prout vſus exigit, ſemper autem exigit, ne credamus, cùm alios laudant.

ſtis ſubſidia.

PLESSIVS.

An non denique Vniti, Vnioniſque Director Elector Palatinus, cauſa & occaſionis ſatis habuit, dictam Rempublicam pro tuenda antiquâ libertate, & auertendâ hæreditariâ in Imperio ſucceſſione de ſubſidio aliquo pecuniario interpellandi, Rempublicam, cum qua vetuſtæ amicitiæ iura, iam tempore fœderis Smalcaldici cepta, (vt auctor eſt P. Paruta in Hiſtoria Veneta Italica circa annum 1546.) hactenus ſingulari ſtudio coluit? inſuper conſtat, Electorem Palatinum communem ſe ſemper Imperij ſalutem magna cura quæſiuiſſe, grauatos afflictoſq; Euangelicos, non attento Religionis diſcrimine, fideli ope iuuiſſe, atq; hoc ipſo malam aliorum gratiam iniſſe, Conſiliarios verò eius & miniſtros in odium & offenſionem partis aduerſæ incurriſſe. Sed iniquiſſimum eſt, hunc rancorem & bilem in paucos ex his effundere, ac ſi illi ſoli pernicioſorum conſiliorum inuentores ac auctores fuerint, maximè hoc rerum ſtatu, & infeliciori Electoralis Palatinatus fato. iiſdemq; cunctorum motuum cauſam, exemplo Bauaricæ Cancellariæ adſcribere Quippe non alia conſilia abhinc 10. annis in Electorali Palatinatu agitata fuiſſe, nemo non nouit: & ex fideli narratione compertum eſt, primarium quendam Conſiliarium Cæſareum, cum de Bauaro-Anhaltina Cancellaria, ac ſi adeò ſingularia ſecreta illa proderentur, tantos agi triumphos audiret, dixiſſe; nugas illas meras eſſe, nec noui quid patefactum, ſed conſilia illa etiam tempore Ioannis Caſimiri Ducis, & diu ante eius Adminiſtrationem in motu fuiſſe.

FABIVS.

Cum alij munificentiam Venetorum dubijs in rebus & inuocarint, & obtinuerint; cur eoſdem potentiæ & liberalitátis fores non licuiſſet Palatino pulſare? præſertim tot hoſtibus obſeſſo, quorũ nemo adhuc ferrum ſtrinxerat, neq; ſtricturus erat, niſi aliud nudum videret. *Sed Libertas Germanica* periclitabatur, *ſucceſſio in Imperio hæreditaria* ſtabiliebatur. Quæ *Libertas*, mi Pleſſi, in caſum dabatur? quis ſeruitio vos preſſit? Religio veſtra, etſi vi pactorum in Germania non ſit recepta, libera tamen manſit; neq; enim vllum vobis templum aut dirutum, aut ademptũ. Ipſi inter vos pro arbitrio religionem ſtatuiſtis, mutaſtis, rurſum abrogaſtis, rurſus nouorũ pertæſi vetera reſtituiſtis: nos nullũ Imperiũ interpoſuimus, neq; niſi ingenuo riſu incõſtantia veſtra caſtigata

Inanis Pleſſij de Libertate prætextus.

eſt;arma veſtra propè citius in corpora noſtra defixa ſenſimus, quam nobis noſtra in mentem venerint. Nihil libertatis vobis defuit, & nihilominus ad licentiam progreſsi omnes Ciuilitatis limites exceſsiſtis. Quid iterum, tu Pleſsi, hîc crambem hęreditariæ ſucceſsionis obtrudis? cibum toties menſis proiectum? an non tuus quoq; Princeps, licet peſſimè oderit, etiam Cæſari huic ſuffragio ſuo adſuit; immò adſuit multitudine eligentium victus, ſi Electio Libertati Germanicæ aduerſa videbatur, quid fuit, vt Palatinus Libertatem, quam aliàs tantoperè cordi habebat, Francofurti in orbis totius oculis præcipitaret? cur ſuas quoque compedes tam ſpecioſæ & amabili Deæ iniecit? an non ſatis erat illigari eam ſex alijs Electorum vinculis? cur ſeptima Palatini cathena adiecta eſt? an vt libera ſit, toties vincienda eſt? In conſiderationibus Cancellariæ Hiſpanicæ nimium quantum celebrata ſunt Palatinorum in Domum Auſtriacam ſtudia, quibus potiſsimum ad Imperatoriam eminentiam continuatis per tot annos faſcibus Auſtriaci exaltati; ſi verè celebrata ſunt, potiſsimi vos Caluiniſtæ Libertatem pellum dediſtis, ac præſertim in Electione Matthiæ, quem veſtrâ ope Imperium obtinuiſſe gloriamini: ſi tot Auſtriacos eligere Libertatem Germanicam adimit, vos Libertatis euerſores eſtis, qui toties eligitis ex eadem Domo, & quidem tam indefeſſa & amica opera, niſi fortaſſe in conſiderationibus metas veritatis exceſſeritis; quod ſi id ibi non feciſtis, hîc ex quadam neceſsitate facitis; quis enim vos culpæ immunes putaret, niſi verſatilis in vtrumque lingua de cauſa ambigentes defenderet: vbi manus facti conſcia neſcit dicere, non feci, lingua poteſt. At at alia quoque Libertas Palatino aſſerta odium parit; Quis tam impigrè in Comitiis non Cæſari, ſed & omnibus Catholicis Ordinibus ſe oppoſuit? ſcimus mi Pleſsi operas veſtras grauiter præſtitas, ne quid decernetur, ſeu ad Cæſaris Maieſtatem tuendam, ſeu ad ſalutem Imperij conſeruandam. Inter refragantes, propè dixi, ſeditioſos, ſemper fuiſtis Principes, gloriæque reputaſtis obmurmurantium anteſignanos agere. Oſtende ſodes vel ſemel vos obſeruantiæ erga Imperatorem & Ordinũ concordiæ auctores fuiſſe? Perpes & ſolemnis vox veſtra fuit. Ne fac, quod Cęſar mandat, ne aſſentire Catholicorũ placitis; grauia omnia ſunt & intolerabilia, quibus parere non ſedet; iā ſupra grauamina veſtra deſcripſi, grauamina veſtra vocaſtis, quæ noſtris humeris incũbebant, & vos impoſueratis. Quod ſi tamen vos oneratos exiſtimaſtis, iā pondere proiecto extra Imperiũ inanibus licet agere, & ſi ſapitis, nolite redire, ne nouæ vos ſarcinæ prægrauēt, quia in Imperio obediendũ eſt, inſuetum vobis opus. Cõſiliorum Heidelbergicorũ famam paſsim vulgi ſermonibus lacerari tu Pleſsi ſentis, quia pars magna de illis es: hoc lin-

Caluiniſtæ ſeditionum & turbarũ auctores.

hoc linguæ ſupplicium per Europam meruiſti: qui infidum aleæ iactum maluiſti, quam minori fortuna inglorius domi ſeſsitare. Ab euentu te non iudicamus iam anteà perditum. Sed à principio veſano. Quis enim rationis compos ſuadere audeat, procellis inſanientibus cõmittere ratem? & ſperare res ſecundas aduerſus naturæ omniumque legum inuiolabilem tenorem? Quæſierint olim aliena Regna Regum quidam à Chriſtianis ſacris abhorrentes, pauci inuenêre, aut diu partis potiti ſunt; Chriſtianis piaculum ſit ſpoliare Reges Regnis, aut Regna regibus: Quid cauſæ fuit Pleſsi, vt tu hoc ſuaderes? an quia malus Chriſtianus es? credam te verum dicere, ſi malum reſponderis. Si à ſeptem antè annis eadem fuere collata inter vos conſilia, qui te anteceſſere Cõſiliarii tibi ſimiles fuêre, & tu ipſis; confiteris autem vltrò, quod fidiculis nos non expreſsiſſemus, vos tot annis perniciem noſtram clandeſtinè animis voluiſſe: vt grati ſimus, placet tanto beneficio paria facere. Quamquam iam per hos 4. annos magnam partem armis compenſauimus; ſi quid debiti ſupereſt, monete, mora nulla ſoluendi erit: qui citò dat, bis dat. Vos nimis lentè coxiſtis aduerſus nos Conſilia, & ſicuti coxiſtis, ita executi eſtis lentâ fortunâ, quam adhuc cunctantem exſpectatis; vt recutiti Meſsiam. Conſiliarius ille, quem ex primis Cæſaris Senatoribus dilaudas, acuto vos telo ſtrinxit, & tu tam ſtupidus & expers ſenſus es, vt verba eius vulnus infligentia pro malagmate vulneris habeas; Hic eius ſenſus fuit, ſi me interpretem ferre potes; Nugæ ſunt, quæ in Cancellaria Anhaltina circumferuntur, ſi lector putet cõſilia noua eſſe, & nuper primum inita; Caſimiri iam ætate omnia agitata, neque Caluiniſtis animum defuiſſe moliendi res nouas, ſed opportunitatem. Hæc mens Conſiliarij illius fuit, non inidonea teſſera agnoſcendi peſsimæ Cauſæ veſtræ ſtatum, qui non magnitudine ſolum ſua, ſed etiam diuturnitate infamis eſt.

Reges regnis, aut regna Regibus ſpoliare Chriſtianum non eſt.

Vt noſcare malus magnum producito crimen.

CAPVT IV.

Vnitos, Palatinum præſertim Electorem & alia capita, Bohemicis turbis in rem ſuam abuſos, nullius vnquam pacis ſanciendæ cupidos, id ſummopere potius timuiſſe, ne turbæ Bohemicæ componerentur.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Electorem Palatinum vel eoſdem intimos Conſiliarios non pacem in regno Bohemia, ſed eius turbationem ſectatos fuiſſe, ex ſupra commemorati Electoralis Palatini intimi Conſiliarij, Pleſſeni videlicet epiſtola ſub dato XI. Septemb. Anno cIↄ Iↄ CXVIII liquere ait Compilator pag. 58. Hæc Epiſtola, vt ex diligenti eius relectione pateſcet, duo in ſe membra continet. Quorum primum conſilium habet militare, quo pacto copia Bohemorum defenſiuè vſurpari commodeq; hinc inde diſtribui poſſent. Ac illud ipſum priuatum eſt conſilium Epiſtolæ familiari obiter inſertum, quod præter & contra intentionem ſcribentis, imò contra ipſam litteram, nec poteſt, nec debet, ita accipi, ac ſi Bohemis æquam, tutam, & durabilem pacem craſſiſſimo quodam errore illi inuidiſſent, cum Hannibale apud Liuium teſte: melior tutiorque ſit certa Pax, quam ſperata victoria. Quin iuſtus tunc potius metus erat, ne Bohemi in bello defenſiuo errore fortè commiſſo commodis conſecutis iterum exciderent: atq; ex eo ſuccūberent, cum iactura Religionis & Libertatis ſuæ, id quod poſtea accidit. Altero membro cautela indicatur, Bohemis in ſanciendæ armorum ſuſpenſione adhibenda. Vbi Compilator pag. 60. hanc parentheſin adijcit) Hic iterum videre eſt, quid ſub ſpecioſo prætextu ſuſpenſionis armorum quæſiuerint Veniti.) Sed duplicem omnino errorem errat. Primus eſt, quod ſuſpenſionem armorum in Bohemorum commodum, & partis aduerſæ præiudicium à Palatino Electore, vel Conſiliarijs propoſitam fuiſſe exiſtimet. Certiſſimum quippe eſt, quod nec acta, ſi conſulantur, nec Principum quorundam Conſiliarij diffitebuntur, dictam armorum ſuſpenſionem Palatinum Electorem, neq; propoſuiſſe vnquam, neque viſiſſe, ſed eandem ab alijs in medium allatam fuiſſe. Secundus error eſt, quod ſuſpicatur Compilator, (ſuſpicatur enim, non ſcit.) ſub prætextu ſuſpenſionis armorum aliquid contra Cæſaream Maieſt. periculoſi quæſitum fuiſſe. Nam in confeſſo eſt, Bohemis tunc temporis valido exercitu inſtructis, omnem moram & armorum ſuſpenſionē damnoſam; parti verò aduerſæ, quo ſuas interim vires augere, & varia machinari in Bohemia ſub velo induciarum poſſet, percommodam omnibus votis expetitam fuiſſe. Vnde euidenter apparet, parentheſin illam obtorto huc, quod aiunt, collo raptam, & per errorem & circumſtantiarum ignorantiam doloſè adſcitam fuiſſe. Quæ vlterius in Epiſtola illa memorantur, quod Cæſareani per iſtiuſmodi compoſitionem & tranſactionem plus, quam per vim & violentiam ſeſe obtenturos confidant, atq; ex eo fortè pacis tranſactionem amplexuri ſint, illa ſanè de ſimulata tractatione intelligenda ſunt, eum in finem ſuſcepta, vt aduerſarij tempus lucrati, & viribus interea commodiſq; varijs aucti, Bohemis verò ex ſecuritate defenſionem ſuam negligentibus, ſubitò omnem tractatum abrumpere, & Bohemos re infectâ dimittere poſſent.

FABIVS

FABIVS.

Oro te Pleſsi, ingenio tuo apud me non vtere; ad fraudes cautum me iam pridem feciſti, quia litteræ tuæ pro more, verbis ambiguæ ſunt, ſpes tibi ſuboritur elabendi, fruſtrà. Verè nos ſcripſimus, & adhuc ſcribimus, vos pacis in Bohemia faciendæ nunquam conſilium cœpiſſe, ſed belli, auideque arripuiſſe occaſionem ex Bohemico tumultu, quem niſi habuiſſetis, concitâſſetis, vt hæc demonſtrem, profero quas tu oculis litteras Solmij Comitis Aulæ Palatinæ magni Magiſtri, & in arcanis Conſiliarij. Scribit is Anno 1618. 25. Decemb. viuente adhuc Cæſare Matthiâ, in cæteris iſta, *Saxone ad Bauarum ſeſe referente timendum eſſe, ne Bauaro tandem ad pacificandum* adducto (quod Cæſar intentâ curâ petebat) *Palatino maiores machinæ adhibeantur*. Ecce Pleſsi, quis timor falſura callida corda veſtra corripuerit? ſimulabatis pacem, quam metuebatis. Pergo ad Chriſtophorum Donam, virum Caluiniſticis artibus apprimè exercitum. Is ſcribit eodem Anno & Menſe, die quinto; *legiſſe ſe Palatino litteras Anhaltini Principis arbitrantis, res in Bohemia proſperè ſuccedere, & tam citò pacem nullam futuram*. Relege Pleſsi hæc & Donæ, & Anhaltini verba: vterque ſucceſſum per Bohemiam felicem eum exiſtimauit, qui pacis componendæ ſpem aut incideret, aut neſcio in quod æuum produceret. Quorſum hæc? *bellum te poſcimus omnes*. Conciones Caluiniſtarum Heidelberga profectorum Pragæ hæ fuêre. Agè Boheme, exue erga Regem obſeruantiã, imple pectus ſpiritu; oſtende ferociam, arma cape, ſequere Ducem Ziſcam Vnoculum illum, ac demum cæcum, Religionis hoſtem, Patriæ euerſorem, eius exemplo bellum Domino tuo moue, procul pacem habe; Quamdiu in furore & rebellione perſtiteris, res feliciter cedent: Interim nos verba dabimus Cæſari, dabimus alijs Principibus; admonebimus vos Reuerentiæ, Obedientiæ, Modeſtiæ, tranquilli in Regem animi, arma diſſuadebimus, bellum deteſtabimur, pacem clamabimus, & ſexcenta alia pietatis argumenta proferemus: non vt vos intelligatis, ſed ne Catholici nos intelligant, cõmunes vobis & nobis hoſtes. Vinci hoc ſolo modo poſſunt, ſi vincentes ignorent; clàm omnia habeamus, antequam palàm omnia agamus; ſentiant Catholici prius nos egiſſe, quam agere.

Vniti non pacis, ſed belli cupidi.

Cõciones Caluiniſtarũ Heidelbergã profectorum quales Pragæ fuerint.

Rarò aliàs quemquam fraus feſtinata fefellit.

Aliorum dicta & facta reputas tu quidẽ Pleſsi, & malles ſilentio ſepulta, ſed tua palàm cognita altiùs pectus fodiunt, ideoq; toto ingenio vteris, vt alienũ eis ſenſum affingas; in paricidiali Epiſtola tua, quã fauore tribulium tuorum Bohemicorum ad Anhaltinum ſcripſiſti ad-

Paricidalis Pleſij Epiſtola.

uerſus Cæſarem Matthiam duo aut negas, aut inuitâ Mineruâ aliò trahis. Primum eſt, *Conſilium tuum militare fuiſſe Epiſtolæ familiari obiter inſertum.* Si tu Pleſsi familiaris eſſe conſuêſti, quando haſtas, alabardas, muſquetas & maiores machinas in Cæſarem expedis, noli mihi familiaris eſſe, malo te à me alienum. In aduerbio tuo *obiter*, veritatem *obiter* præteris, ſicut ais *à te obiter conſilium hoc ſcriptum.* Neque contra ipſam litteram; neque contra intentionem ſcribentis, te & tua intelligimus; intelligimus hoſtilia à te ſcripta, quia hoſtem te Cæſaris præbuiſti: Bohemis haud dubiè pacem optaſti, ſed euerſo per Bohemiam Cæſaris Imperio, hanc enim vnam *æquam & durabilem* iudicaſſes. Si te Hannibalis auctoritas mouiſſet, & credidiſſes *meliorem tutioremq́, pacem eſſe certam, quàm ſperatam victoriam*, Bohemis potiùs auctor fuiſſes eam amplectendi, quàm arma, ad Cæſarem propiùs irritandum, & maius Bohemis periculum creandum. Tu ipſe hîc fateris conſilium tuum de caſtris ad fines Auſtriæ ponendis cò pertinuiſſe, ne Cæſari vires accreſcerent, ne Rebellibus minuerentur, ne libertas & Priuilegia Bohemis in diſcrimen adducerentur. Quæ verò libertas, quæ Priuilegia nutabât tum Pleſsi? Inſania & furor Caluiniſtarum laxiorem câpum, & ſine metis circos decurrendos poſcebant: nihil Bohemis defuit præter bonam mentem. Sed demus eos iniuriâ aliquâ affectos, quid ea ad te Pleſſi pertinebat? hominem hoc in genere vix triobolarem, quæ pietas ad alienam hanc curam te exſtimulat? An tu ab aliquo Ioue paruum numen, Terris præſes, Regnorum vindex conſtitutus? Si tibi cordi alienæ Reipubl. ſalus, cur quem tu fateris magnum errorem, ſuaſiſti? cur ſalubriorem magis modum Bohemis non demonſtraſti? vt pacatè peterent, quod auebant? Armis plerumque petit Iuri diffiſus, & ſcelus eſt, ſubiectos quamcumque morum aut voluntatis libidinem bellis extundere ſpecioſo priuilegiorum nomine.

Altera tibi porta, quâ elabi te ſperas, Parentheſis Compilatoris eſt, qua monet lectorem quantæ vobis Heidelbergenſibus ſollicitudini id fuerit, quod videbamini quærere, donec turbæ omnes inermi pactione conſiderent, Compilatorem vt falſi coarguas, negas vllam armorum iuſtitiam Principem tuum præ ſe tuliſſe, aut partibus propoſuiſſe. Quàm audacter, quam ſine fronte Pleſsi? nobilem te virum ferunt, verbis non es; an ſuſpenſionem armorum, vti tu ais, alij propoſuerunt, & Palatinus non propoſuit? Quid ergò ipſe Palatinus ſcribit ad Bauariæ Principem Anno 1618. Aug. 18. *Placuiſſet*, inquit, *nobis mitior componendi modus, & vt res, minimè ad aliquam ſuſpenſionem armorum deduci potuiſſet.* En habes hîc votum Palatinum, Pleſsi, tuis verbis aduerſum; Vis etiam audire ſuſpenſionẽ armorum alteri parti propoſitam?

Ad eun-

Ad eundem Electorem Bauarum eodem anno, 1. Septemb. idem tuus Princeps ſic ſcribit: *Dubitamus an Bohemi ad armorum ſuſpenſionem perſuaderi poßint, niſi fortaßè ſuſpenſio hæc, hinc inde impetrari poßit ad tempus, ſicuti factum ante paucos annos in Auſtria, ad quam, vti iam per Legatum noſtrum Cæſareæ Maieſtati propoſuimus, libenter operam noſtram impenderemus.* Hæc tuus Dominus, Pleſsi, ſine dubio verè; Ergò tu falsè, ne quid acerbius dicam; Rectè Compilator ſcripſit, Vos inducias, aut belli moram verbis venditaſſe, cùm interim arma ſuaderetis, & ſumpta conſilio acueretis, eò magis, vti hîc fateris, quòd Bohemis ad vim iam paratis, *omnis mora damno eſſet*; obtentâ enim quacunque quiete, Cæſar maiora præſidia conquirere poterat, Bohemorum periculo.

Errorem & ignorantiam, quam Compilatori exprobras, oſtendere conatus es mendacio, ſed tralucente. In citatis à Cancellaria Anhaltina litteris tuis inter alia dixiſti; *timendum eſſe, etiamſi Bohemi arma non ponant, nihilominus Cæſarem non recuſaturum compoſitionem, quòd per hanc plus ſe effecturos confidant! quàm per vim ac bellum.* Quàm egregius ciuis! imò quàm fidei obſeruans erga ſupremum Dominum ſuum ſeruus Pleſsius? angitur proſperâ Cæſaris fortunâ, & ne affluat, timet; hoſtibus contra Cæſareis, voto & ope velificat: & ne videatur nimius in vtramque partem, verba quædam ſua caſtigat, ac ſi diceret; cùm ſcripſi Cæſarem confidere plus ſe pace componendâ profecturum, quàm armis, ſimulatam compoſitionem intellexi; imò verò Pleſsi, iam te ſimulatè loqui pro certo habeo; timuiſti ne Cæſar quamcunque tandem pacem acceptaret, cum iactura improbæ ſpei veſtræ, quæ pridem auidum habendi pectus occupauerat. An arbitraris tu plus impetraturum me pace, quàm ſimulo, & nolo? Si ergo Cæſar iudicauit maius ſe operæ pretium facturum pacem ineundo, quomodo pacem ſimulauit? ſi pacem ſimulauit, & Bellonæ amicus fuit, plus confidit armis, quàm paci. Si animus tibi rectus, ſi mens læua non eſſet, loquereris ſine ambagibus, neque res dubijs verbis occuleres. Nunc vt ſenſus tuos abdas, in incertum & ambiguum magis implicas, timeſque propè, ne à te ipſo intelligaris: quamquam quò magis non intelligeris, eò magis te intelligimus.

Pleſsius proſperâ Cæſaris fortunâ angitur.

PLESSIVS.

Cæterum in toto Imperio notißimum eſt, Bohemicorum motuum compoſitionem Moguntino, Palatino, Saxoni, Electoribus, & Principi Bauariæ delegatam fuiſſe, hunc vero perpetuis excuſationibus interpoſitionem ſubterfugiſſe. Quæ illum cauſa impulerint, cuiuis diuinare liberum relinquitur. Verùm qua fronte in Cancellaria ſua Compilator omnem interruptæ pacis Bohemicæ culpam

in Vnitos, vel Palatinum ſaltem Electorem & Conſiliarios conijcit? meminiſſe potius debebat accuratiſsimi Conſilij, quo Auſtriaci Status Cæſareæ Maieſtati, vt Bohemici motus compoſitionem, Vngariæ, Auſtriæ, Morauiæ, & Sileſiæ, Prouincijs demandaret, fideliter ſuaſerunt. Nunc, quis quæſo auctor fuit, vt ſecura iſta & compendioſiſsima via reiecta, ſub prætextu, rem omnem Collegio Electorali demandatam eſſe, præparationibus bellicis daretur opera, & tandem irruptione in Bohemiam Bucquoy Comitis fatalis belli fieret initium? Nullo pacis amore flagraſſe Vnitos, cum tamen ab Hiſpano & Papa nihil periculi ipſis metuendum eſſet, Compilator pag. 66. ſimiliter ex ſuperius allegatis Pleſſeni litteris XI. Septemb. datis demonſtrare conatur.

F A B I V S.

Principibus à te memoratis à Cæſare demandatum negotium paciſcendi cum Bohemis haud dubiè notum eſt; ſed tibi notum non eſt, quæ cauſæ impulerint Electorem Bauarum, vt tantæ ſe moli non ſolũ rerum, ſed etiam hominum, obijceret: præuidebat fortaſſe (quia ſenſa eius arcana iuxta tecum neſcio) non Bohemos ſolùm aduerſarios futuros, & æquitati locum ægrè daturos, ſed Caluiniſtas Heidelbergenſes quoque turbis non paci natos, quibus nulla pax placuiſſet, niſi qua votorum Bohemi compotes fierent; fuiſſent autem vota improba, & auctoribus Caluiniſticis ſimilia. Neque vos lachrymas fudiſtis, cum vulgatum fuit Bauarum cunctari, fleturi potiùs, ſi feſtinâſſet; intercediſſet enim rerum apud vos agendarum curſum, pacem ore, manu ferrum portaſtis, hoc placuit magis; per hoc iter aperiatur ad ſuſpiratam Regni Bohemici purpuram.

Iam ſuprà dixi Cæſarem prudenter Auſtriacis ſuis alijſq; fœderatis compoſitionem pacis non commiſiſſe, iniſſent pacem, quam ipſi quoque petebant, quæ faceret ex ſeruis Dominos, & Dominis ſeruos. Miror & te operam tuam non addixiſſe: quanquam fortaſſe eo nomine ad Gaborẽ profectus es, vti pacis publicæ cauſam ageres, abſit enim à te, vt Cæſari hoſtis ſis, ſatis eſt, quod alios facias.

Pueros imitaris Pleſſi, qui cum reſpondere non poſſunt, vt negotium alteri faceſſant, ipſi vltrò interrogant. An non Cæſar Pacem Bohemis nunciauit? cur Kunius ad ipſos Viennâ abijt? an Fecialis inſtar Pragam venit, & ſinu effuſo bellum dedit? nonne is ad pacandam ſeditionem venerat, æquitatem à Cæſare omnem pollicens? ecquid non acceptarunt Bohemi? ſatis illis erat pertinaciæ, ne monitis cederent, & ſi quid defuiſſet, vos Heidelbergenſes ſubminiſtraſſetis, peſsimarum rerum auctores. Quid cum Hiſpano, quid cum Pontifice hoc loco velis, intelligere vix poſſum: nõ vidi ſerpentem in implicatiores ſe gyros

induen-

induentem,quam te verbis intrices:niſi fortaſſè velis dicere,Hiſpanum Pontificemque tam magnos animos erga hoc bellum non oſtentantes, Bohemis fauiſſe, atque idcircò in poſtremis Pacem habuiſſe, futuros bello nomines,ſed non diuturnes.

PLESSIVS.

Quo melius itaq; Lector aſſequatur, quo in litteris illis ſcriptor reſpexerit, ſuggerendum ipſi hoc eſt, Don Balthaſarem de Zuniga Praga tunc commorantem multis ante Bohemicos hos motus annis, tum exortarum turbulentarum quarundam actionum occaſione ad defunctum Hiſpaniarum Regem ſcripſiſſe, Regnum Bohemiæ magno in diſcrimine verſari,ac ſi fortè ordines aliquem ex ſeipſis pro Duce arrepturi,aut in Proteſtãtis alicuius Electoris manus Regnum perventurum eſſet, eo caſu ſucceſſu temporis ingẽs periculum Belgicis Prouincijs, Burgundiæ Comitatui, tandem etiam Ducatui Mediolanenſi, & Regno Neapolitano accreſcere poſſe, &c. *Huius fortaſſis relationis gnarus Pleſſenus, eiuſdem in allegatis litteris meminit, alio tamen longè ſenſu, alioue modo, quam hic à Compilatore recenſetur. Quippe ex Originali Gallico, ad quod prouocatur, ille ſenſus liquido apparet, cum iuxta ſuperiorem Don Balthaſeris relationem Regis Hiſpaniarum tantopere interſit Coronam Bohemicam in Domo Auſtriaca continuari, idcirco omnino præſumendum, Regem illum* le verd & le ſec, *hoc eſt, omnes ſuas vires ad hunc effectum adhibiturum, validuq; copiarum & pecuniæ ſubſidijs præſto futurum eſſe: nec tamen compoſitionem fortè aliquam illum recuſaturũ, modo Cæſar (en expreſſè adiectam conditionem addit 1. No.2.) Bohemiæ Regni poſſeſſionem iterum adipiſci poſſet, idq; vel hanc ob rationem, quod recuperatâ Regni poſſeſſione, atque ita iterum inſcenſo equo Bohemico, arreptuque frenis, pro libitu hic agitari, & quæ per compoſitionem conniuendo & tempori inſeruiendo indulta fuerit, facilè ac paulatim in ſtatum priſtinum reduci potuiſſent.*

FABIVS.

Quo magis tu vias intelligendi te præſtruis, eò minus intelligo. Quis copiam tibi fecit litterarum ante tot annos ſcriptarum in Hiſpaniam? an & iam tũ per inſidias aliorum Epiſtolas excepiſtis! infame factum, ſi factum? ſed dem tibi omnia à Zuniga perſcripta, quæ memoras, quid illa cauſæ tuæ proſunt? an hoſtilia propterea nõ feciſti, & pœnæ læſæ Maieſt. digna, quando Bohemos non ſolum ad rabiem armatam concitaſti, ſed etiam inſtruxiſti? ſi Hiſpanus pacem maluit Cæſari commodam, & futuro quoque tempori opportunam ad regendum rurſus obtentum, ferociorem Bohemiæ equum, quomodo ſupra effutire auſus es ſimulatè quæſitam fuiſſe pacem? Nemo ſimulatè

quærit pacem qua fruatur; ſimulatè te quæro, mi Pleſi, ſi quæro, quod nolo.

PLESSIVS.

Hanc Domini Pleſſeni conditionatam ac modificatam adſertionem pro pura Compilator accipit, ac ſi nullus ab Hiſpanicis armis metus, ſed ab illis Vniti ſecuros ſe eſſe arbitrati fuiſſent. Sed ipſa Epiſtola formalia verba in contrarium eunt, ac Regem tantum Hiſpanorum compoſitionem, qua Cæſar Bohemiæ poſſeßionem conſequeretur, non recuſaturum dicunt. Ex quo, arma eum penitùs neglecturum, Cæſareæq; Maieſtati defuturum, ineptè concluditur. In Hiſpania ſiquidem & Italia illud frequentißimum eſt, Le prattiche non ſoſpendono le armi, tractationes arma non ſuſpendunt. *Quod & hic ipſe tandem euentus docuit. Nam cum Compoſitio non procederet, & hoc Hiſpanus animaduerteret, ſanè contra Bohemos Cæſari magna, qua militibus, qua pecunia, auxilia ſuppeditarit, quæ idem Don Balthaſar (quem ante annos aliquot ſuperiora perſcripſiſſe diximus) primarius Regis Conſiliarius, tunc ad Hiſpanos reuerſus ſtudioſe promouit.*

FABIVS.

Sermo tuus Pleſi quibuſcunque apiculis aut notulis pingatur, ſeditioſus fuit & Cæſari aduerſus: neque aut Bohemi, aut Vniti cauſas timendi Hiſpanum habuêre, præſertim cum apud hunc Pax bello potior fuerit. Vbi vero nihil æqui apud Bohemos ad aures admiſſum, & Mars fores Iuris impulit, miſit ſuppetias Hiſpanus, quod ipſum ſi tu Pleſi voluiſti dicere, benè dixiſti, ſed malè ſcripſiſti, cum docuiſti aduerſus Imperatorem Bohemos ſpretâ pace belligerare.

PLESSIVS.

Iam quod ad Pontificem Paulum V. (de quo hic agitur) attinet, certum eſt, illum ſub initium belli Bohemici eo tempore, quo Pleſſeni litteræ ſcriptæ fuerunt, non magnam ſiue ad illud, ſiue ad Romano. Catholicæ Ligæ apparatus Bellicos aliquid contribuendi inclinationem habuiſſe, cum ex certa relatione, ac ipſorum etiam Pragenſium Cappucinorum litteris intellexiſſet, Romano-Catholicos in Bohemia tam ſæculares, quam Clericos à Nouo Rege nullatenus, nec lædi, nec grauari, nec in cultu ſuo diuino turbari. Sed poſtea, cum indeſinenter vrgeretur, perpetuoq; ſcandalum non expiandum, ſi Catholicos in Germania deſereret, ipſi inculcaretur, tandem 20000. coronatorum in ſingulos menſes ſe numeraturum promiſit: ærario verò ſuo aut Theſauro in Caſtello S. Angeli adſeruato altius vt immitteret manum, nullis rationibus adduci potuit. Vt tamen Romanenſes Imperij aliquo placaret modo, Italico minorum gentium clero decimas indixit,

indixit, quam ob Cauſam in Cœlum vſq; (ſino alle ſtelle) clamores illos extuliſſe, & quoſdam ex Pontificijs Principibus Germanis diris omnibus deuouiſſe, relatum fuit. Clericis autem illuſtrioribus, ac Cardinalibus præſertim, immunitas data, ex hoc fundamento: Illorum reditibus parcendum eſſe, quod illis ad conſeruandam dignitatem Ordinis Cardinalitij ipſi indigeant. Vnde denuo Lector animaduertit; Pleſſenum certa hic nihil, & indubitata rei adſeruiſſe. Sed ad litteras ex Italia ſcriptas ſe retuliſſe, & res quidem ipſa tum ſanè probabilis, ſed poſtea ſucceſſu temporis mutata fuit, ſicut in eiuſmodi relationibus ſæpè euenire ſolet. Quibus omnibus conſequens eſt, Compilatorem ijs, quæ ex litteris Domini Pleſſeni excerpſit, parum probaſſe, quod Papa rem deinceps cordi non futuram Palatinis exploratum fuerit. Omnia enim illa tantum in coniecturis ac probabilitate, non in certa ſcientia fundamentum habuerunt.

FABIVS.

Mirum eſt Caluiniſtas, tam pacatum Romani Pontificis pectus deprædicare, ſolitos aliàs Diomedi, aut ſimili Tyranno comparare: Credo equidem non arriſiſſe Paulo V. Bohemicum bellum, quia nemini, præterquam auctoribus placuit, ſed minus id ei cordi fuiſſe, propter Palatini Catholicos humaniter regnantis laudatas à te virtutes nō credo, neque vllum vnquam Capucinum adulterini Regis encomiaſten Romæ fuiſſe perſuaſum habeo. Quid inquis tu Pleſsi? an Impudentiæ primum hodie litâſti? Putas tu Catholicis nihil iniuriæ inferri; ſi diuis dicatæ aræ & ab antiqua religione venerandæ, ſi inuiolabilia mortalibus ſepulchra, ſi ſacri cineres, ſi ſanctorum Corporum adyta ſacrilego auſu euertantur & profanentur? Aſpice tuas, & tui Sculteti immanis Bonzij ſceleratas manus, quæ Regium ſacellum tot ſæculis verendum vetuſtis optimorum Parentum monumentis ac donis expilarunt! Illi ipſi Sancti fanaticâ temeritate violati, vindices criminis fuêre, quando in ſequente anno octauus eorum dies feſtus illuxit; Ille dies ferociam veſtram contudit, ille dies Iconomachis paria reddidit, Sanctorum irritatorum vulnere concidiſtis; ne dubitate, qui enim ſanctos, vt nuda trunci ſimulacra abieciſtis, milites ſenſiſtis, ne porro dicere poſsitis, mortales à ſanctis non noſci, nouêre certè vos, quos ſternerent. Quod Pontificem inuitæ liberalitatis non obſcurè arguis, facis pro more Caluiniſtico: Catholici paternum affectum experti plus accepêre, quàm tu æquis oculis aſpexeris. Cardinales exceptos fuiſſe, gratulari tibi potes, quo minus ſubſidij Catholicis acceſsit, minus tibi periculi ſubortum. Et rectè fateris te non omnia pro certis & indubitatis ſcripſiſſe. Imò toto hoc libro nihil pro certo & indubitato ſcribis, & hoc ipſum eſt, quod queror.

Impietas Caluiniſtarum.

Sancti illata ſibi à Caluiniſtis iniuria vindices.

CAPVT V.

Vnitos, ac Capita inprimis, omnis inquietudinis, ſeditionis, & motus in Vngaria, Bohemia, Incorporatis & Auſtriacis Prouinciis, Autores, Motores, ac Impulſores fuiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

HAc inſimulatione ac accuſatione tota Bauarico-Anhaltina Cancellaria vndiq; & vbiq; referta eſt. Verùm interrogandus nobis hic Compilator, an ſolus ſcilicet ille ſit, qui Auſtriacos & vicinos Status totos iam L. annos continuè exulceratis animis irritatos, ac propterea inquietos fuiſſe ignoret? Omnibus cauſa rei perſpecta, ac præcipuum ipſorum grauamen ex prohibitione exercitij Auguſtanæ Confeſſionis fluxiſſe. Vnde optimus ille ſenex, Lazarus Swendius, Maximiliano Cæſari Conſilium quoddam Anno 1572. obtulit, in quo cuncta, quæ poſtremis hiſce annis in Auſtria contigerunt, veluti vates prædixit, Cæſaremque à periculoſis illis motibus quàm fideliſſimè eſt dehortatus. Vbi ergo tunc ante annos 52. Vniti eorumq; capita delitescebant, quibus Compilator ſcaturiginem & originem omnium in Auſtria & Prouincijs finitimis malorum impingit? Ad Bohemos verò quod attinet, eorum quoq; à multis annis inueteratam exulcerationem animaduertere licuit, eoſq; varias ad defenſionem ſuam præparationes inſtituiſſe, confœderationeſq; cum finitimis Regnis & Prouincijs, Cæſare Matthia ſciente & permittente, iciſſe, conſtat. Poſtremos verò motus ex iuſtiſſimo dolore, ex læſa ſæpius, & in furorem conuerſa patientia exortos, notorium eſt, vt nihil hic præmeditati præſumi poſſit. Quam in rem Simeon Partlicius de Spitzberg in Mundo furioſo, Bohemi, inquit, olim à Rudolpho I. ſub Matthia & Ferdinando victi, ob præſidũ iniurias, defecerunt. Vbi notanda verba, ob præſidum iniurias. Ac idem hic Bohemis, quod Belgis olim, accidit, Dura & prærupta cõſilia inſecuta eſt populorum deſperatio, ac poſtremo defectiones. vt pulchrè hanc in rem in Præfatione Hiſtor. Thuanus diſſerit. Cauſa præterea horum motuum in ſuccincto quodam Latino de Cardinale Cleſelio ſcripto, quod in aula Cæſarea omnium manibus eſt) rotunde proditur, Cleſelium Bohemis tumultuandi occaſionem præbuiſſe. Imò amplius (Nella ris poſta à ponti ſparſi ni Roma contra S. A. di Bauiera) ſub articulo vltimo expreſſe inuenias. Cæſaris ſiue in Bohemia, ſiue in Aula miniſtros vniuerſorũ motuum, & malorũ Bohemicorum autores fuiſſe, & fruſtra illos ac falſo hanc culpam in alios innocẽtes reijcere. Quorum omnium immemor Compilator noſter culpam tamen in Vnitos, per obliuionem credo, transferre conatus eſt.

FABIVS.

Caluiniſtas multiplicių per Europam motuum per hos annos autores extitiſſe tu nullo argumento refellis, niſi vnius Vnionis veſtræ iuuentâ, quæ nondū ſex trieterides exceſſit: at tumultus de quibus nos in Cancellaria Anhaltina digladiati ſumus, iuniores ſunt mi Pleſsi, ſextus primùm annus agitur, cùm Furia belli è carceribus Caluiniſticis eliſo per inſaniam oſtio in apertum erupit. Auſtriaci, de quibus tu ſaris, haud dubiè, multò antè tempore, plus Licentiæ impatienter deſiderârunt, ſed quia è Republica viſum non fuit, nihil impetrârunt. Lazarus ille Sch v vendius militiæ famâ præſtitit, Religionis ignarus; quod ipſe probabat, alijs quoque optabat: & vana eius fuère oracula; quia ex limite nouæ Religioni poſito, nulla turba orta, ſed ex laxatis eiuſdem metis, irrepente præſertim per aſtutum ſilentium Caluiniſmo, hic mali Origo, hic furorem accepit, hic bellum exitiale conciuit, & quidem te Pleſi Cornicine. Idem flabellum per hos ſex annos Bohemico incendio vires dedit, ferentibus Palatini Conſiliarijs ſcintillas. At Bohemiam ab aliquot annis & bellum voluerunt, & belli inſtrumenta parârunt, immò cum adiacentibus regno ſuo Prouincijs fœdus percuſſerunt, Cæſare Matthia *ſciente & permittente*, vt tu inquis. Quid hinc habes Pleſsi? Ergo Heroës Bohemi ſunt? Ergo diu refractarij Bohemi fuère, rectiùs dixerim. Cæſarem id ſciuiſſe, & ego ſcio; permiſiſſe, & hoc ſcio; Meliores eſſetis, ſi minus ſciremus. Multa ſæpè permittuntur, quæ auerti ſemper nō poſſunt. Etiam hoc Cæſare *ſciente & permittente*, magnas copias ſcripſiſtis in pernitiem eius; permiſit & is aliquamdiu, at vbi & ſe ſatis adcinctum putauit, ſacrilegum vobis ferrum excuſsit,

Atque Aquila domitos docuit parere Leones.

Sed heus tu, apud *quem notorium eſt*, vt tecum loquar, *rebellionem ex iuſtiſſimo dolore ortam*? apud eos ſcilicet, qui furoris miniſtri fuère, quorum tu princeps, aut certè non poſtremus. Eſtne iuſtus dolor, iuſtam præſidum ſententiam audire? alieno ſe abdicare, Iuri vſurpato cedere? *patientiam veſtram in furorem verſam eſſe* facilè credo, quia ea parua fuit, & haud leui momento in quiduis verti potuit. Simeonem Spitzbergium tuum rideo, immò te potiùs ſuperbum tam magno teſte. Is defeciſſe, ait Bohemos, *ob præſidum iniuriã*. Ergo. Tu hoc idem dicis; Ergo: Ego hoc nego: Ergo: & præſides negant, Ergo. quid fiet? Si vos vincitis hoc argumento, & nos vincimus? immò nos potiùs, cùm vos aientium partes, nos negantium agamus. Vos demonſtratione egetis, & eſtis ab eã inopes, nos vt non egeamus, habemus tamen , quia nullã vos , ſed nos iniuriâ affecti. Nos ſine gradibus ex curia Pragenſi deſcen-

deſcendimus, nos fortunarum noſtrarum iacturam fecimus, nos in exilium acti, acerba paſsi, vltima etiam paſſ..ri, niſi Deus vindex adfuiſſet, & inuicta iuſti Martis dextra. Iam libellus tuus, in quo Cardinalis Cleſelius Bohemis occaſionem tumultuandi præbuiſſe dicitur, mihi inuiſus eſt, haud dubiè à Caluiniſta ſcriptus, qui ſtultè faceret, ſi culpā aliquam belli in ſuos transferret. Cardinalis ea tempeſtate, cùm vis Pragæ in regios ſenatores orta, in Vngaria fuit, & inſaniam veſtram accepit fando non facto. Quid reſponſum ſit ad aduerſos Duci-Bauaro ſermones Romæ, pariter me latet, parua rei iactura. Iniuriam vobis factam, non per vanas chartas & verba quæſita oſtende, ſed digitum intende in rem ipſam. Cum Brunæ in alieno ſolo vobis nouum opus denuntiatum & prohibitum fuit, excanduiſtis ad iuſtam ſententiam, quā & iniuriam interpretati eſtis, quia res nouas moliebamini, occaſionem quamcunque belli quærentes.

PLESSIVS.

Quantum denique ad Vngaros, ecquis dicere auſit, Botſchaium ab Vnitis excitatum fuiſſe, vt ſe Georgio Baſta & Belgioſa tyrannis opponeret? An verò in tota Hungaria notiſsimum non eſt, Baſtæ & Belgioſæ regimen Machiauellicum Botſchaio & Vngaris anſam dediſſe, arripiendi arma, ac aquas pacis conditiones ab Auſtriacis extorquendi? Quæ itaque & quam inſignis & ex propoſito impudenti fluens iniquitas eſt, vt quæ in Bohemia prælidium iniuriæ *& dura ac prærupta conſilia, in Auſtria prohibitio exercitij Euangelici, Machiauellica dominandi libido in Vngaria, mala accelerauêre, ſolis nunc Vnitis per calumniam imputentur ac adſcribantur? Verùm nunc ad præcipuum articulum ac principalem Bauarico-Anhaltinæ Cancellariæ materiam tranſeamus.*

FABIVS.

Quàm imprudenter tu Pleſsi hanc camerinam moues; Georgius Baſta & Belgioſa ſeueriores quam oportebat Duces, bellum mouere laceſsito per acerbitatem imperij regno. Idem certè initium motus Hungarici quod fuit Bohemici. Caluiniſtæ herilis iugi impatientes libertatem immodicam ſectati, omnia armis & armorum terrore compleuêre. Botſcharius ſignum ferale extulit, vobis Heidelbergenſibus bellicum canentibus, quidquid enim ſeditionis per ſexaginta iam annos commotum, huius aut vos auctores, aut concitatores fuiſtis: & de Botſchaiana Hungarica quidem belli procella ſiluiſſes, ſi in mentem veniſſet, detecta eſſe conſilia illa è Rheno ad Dacicum Teiſſam profecta, quæ iam obſoleta & recondita credidiſtis Cancellaria Heidelbergenſis nuper ferro patefacta multas arcanorum arcas recluſit, in illis

etiam repertum vigilatum ſtudium Palatini Botſchaianas partes incẽdentis & adiuuantis. Miſsitatæ clàm legationes: infelici ſidere, ſeu prima, ſeu poſtrema; Ioannes enim Bocatius eius caput Northemij liberâ ciuitate in agro Brunſvvicenſi iuſſu Cæſaris captus, amiciſsimos vos perduelli Botſchaio prodidit, non ſine exigua animorum male cõſciorum perturbatione, quam prout debuit anxiè deplorat Camerarius in litteris Wolffenbuttelio datis 4. Martij, Anno 1606. ad ſuum Principem eæ Latinè redditæ ab amico quodam meo, ſic ſe habent.

SERENISSIME ELECTOR.

SERENISSIMAE CELSITVDINI VESTRAE ſint humillima mea paratiſsimaque obſequia, Elector & Domine clementiſsime.

OBligatum me omnino cenſui Sereniſsime Elector, vt properè, quæ Illuſtriſſimus Princeps Brunſvvicenſis per Cancellarium ſuum mihi ſignificari curauit, perſcriberem: Siquidem paucis abhinc diebus Cæſareus aliquis Legatus nomine Antonius Schlieff precibus & oblatis Cæſaris patentibus, tantùm à Magiſtratu Vrbis Northeimenſis Ducatus Brunſvvicenſis, non amplius octo milliaribus diſsita impetrauit, vt iſthac tranſeuntem Ioannem Boccatium patria Caſſouienſem è ſuperiore Hungaria cum Comite ſuo in vincula coniecerint, eoſdemque memoratus Capitaneus coram aliquot è Magiſtratu examinarit, reculas illorum deſcripſerit, & obſignatas aſſeruarit, vti Seren. Veſtra ex adiunctis, litteris A, B, C, D, E, inſignibus (quas tranſmiſſas properante calamo, deſcripſi) pluribus cognouerit.

Poſtquam autem ex peracto Examine, vti etiam ex Inuentario perſpexi, Ser. Veſtra, vel plurimum intereſſe, nec abeſſe, damnum aut infamia notam hiſce difficillimis temporibus periculoſiſq; hominibus, maximè cum res iſta latius emanarint, & præſentes Imperatori Commiſſarij cum alijs Legati varios diſsimileſq; hac ipſa de re ſparſerint ſermones, ita me non parum afflixit, & etiamnum ſollicitum habet, ne Seren. Veſt. quid damni ſubeat.

Quapropter ab Illuſtriſsimo Principe Brunſvvicenſi percunctatus ſum, vti non ſolum mihi aperire dignaretur, quid in hac re maximè faciendum exiſtimaret, ſed inſuper rogaui, (cum planè aduerterem, inſtantiſsimè Bocatium, à Magiſtratu Northeimenſi Pragam mittendum, petitum iri) vt Illuſtriſsimus Princeps abſque mora curaret, vt reus iſte vel omnino non ſiſteretur, aut ſanè haud citius, quàm ego rem totam Serenitati Veſtræ propoſuiſſem & reſponſum acciperem. Enimuero cum Illuſtriſsima Celſitudo ſua turbatiſsimis rebus Brunſvvicenſibus adeò ſit occupata, vt vix aliud audiat & loquatur, illud ab Illuſtriſsimo Principe accepi reſponſi; curaturum ſe quod maximè expedire videretur, & licet Ma-

cet Magiſtratus Northeimenſis captiuum hunc Boceatium ſiſtere vellet, neceſſario per Illuſtriſsimæ Celſitudinis Suæ ditionem ducendum, quod ſine ſuo conſenſu minimè fieri poſſet. Interea intellexi Magiſtratum Northeimenſem in criminalibus non tantum ius eſſe capiendi, ſed etiam exequendi, ad perfectam tamen rei cognitionem Celſitudinis Suæ præſentiam & conſenſum requiri. Enimuero cum ſub Iudice lis ſit, laborabit Magiſtratus frequentatione actuum poſſeſsionem ſuam & Ius ſuum confirmare; nunquam enim aliàs petitioni Capitanei tam properè annuiſſet (vtpote cui nec indicia, nec Ius ipſum patrocinabantur) vt Bocatium prehenderet, & in vincula conſtringeret, nec opinione meâ Magiſtratus hunc talem hominem detinuiſſet Imperatori, ni occaſio grata fuiſſet actum eiuſmodi exercendi.

Cæterum non arbitror Magiſtratum hoc impunè laturum, quod non tantum Bocatium ex leuibus indicijs comprehenderit, ſed etiam Præfectum Northeimenſem ab examine excluſerint: Quare ſpero Illuſtriſsimum Principem curaturum, vt tantiſper expectetur, vſque dum reus remittendus cenſeatur. Accedit me apud Illuſtriſsimi Conſiliarios ſupplicem inſtitiſſe, nec porro deſinam, tam ab Illuſtriſsimo, quàm ab ipſis impetrare, ne Bocatius cum ſuis Cæſ. Maieſt. Suæ remittatur, licet nullus dubitem acta omnia Pragam eſſe transmiſſa.

Hoc itaq; rerum ſtatu Seren. Veſt. facilè diſpiciet, an non interea S. Cæſar. Maieſt. & Brandeburgico Electori ſit ſcribendum, vt cum in litteris Ser. Veſt. & ad Brandeburgicum, Botzcaiumque, atque ad Status Vngaricos datis, tum in reſolutionem, quam Bocatio ſcriptam tradidit, eaque omnia in Originali reperta fuere, ſecreti quid lateret, quod Brunſvvicenſi communicari poſſet, abſque mora concludet, quid interea Illuſtriſsimo Principi ſcribendum, quidque ab ipſo petendum cenſeat. Mora tamen nulla facienda, quando has ipſas maturaui, & ſpero me ſollicitudinis meæ minimè ſuſpectum fore.

Denique memorato Illuſtriſsimo Brunſvvicenſi hac ipſa occaſionem pro reſolutione rerum noſtrarum communium ſcripſi, quæ cum Vngaros, tum diem Conuentus noſtri ante Comitia nominatum ſpectat. Enimuero nil aliud recepi, quam Ser. Veſt. animum ſuum ad rem promouendam eſſe cognitum & perſpectum, ne quidquam omiſſurum, modo ijs, qui à Conſilio ſunt, proponeret, & ſenſu illorum reſcriberet. Quæ omnia Ser. Veſt. humill. ſignificanda cenſui, quam vna cum ſuis ſupremæ tutelæ committo, precorq; vt quam optimè valeas, diutiſsimeq; imperet. VVolffenbuttel 4. Martij 1616.

Ser. Veſt.

Obſequentiſsimus

Ludouicus Camerarius.

Huc-

Hucuſque Camerarius quæ manifeſto indicio ſunt, Boccatium reſponſa in Hungariam tuliſſe rebellibus fauentia, & Cæſari Reiquepublicæ damnoſa. Vnde enim tantus Camerario timor? quo pertinuit diligentia apud Brunſvvicenſem, qua Cæſari hominem pernitioſum petenti publicam interſepiret viam, quam proditori daret? De nihilo autem ſollicitudine afflictum nòn fuiſſe, infelix euentus palam oſtendit. Miſſæ enim Pragam Boccatij chartæ, & ipſe quoque ductus eodem, omnia detexerunt. Cum ea quoque cura Palatinum non modicè coqueret, litteras ad Anhaltinum Principem Ambergæ Gubernatorem dedit, mandantes expiſcari Pragæ occultos hominum ſuſurros, & fortè emanantem confeſsionem captiui Boccatij captare fecit, id ſolerter pro more ſuo Princeps, & hoc menſe April. die 9. Anno 1606. Hæc reſcripſit eodem interprete.

Praga inſuper ad nos ſcriptum, non è poſtremis Italum aliquem memoraſſe, ſe ab Imperatoris Conſiliarijs, ſub Roſa, vt aiunt, intellexiſſe, inter Bocatij chartas & literas, ſequentia quoq; fuiſſe reperta, quaſi Dilectio Veſt. Domino ſuo (Potzcaio ſcilicet) id Conſilij dediſſet, ne quid de Pace cum Caſ. Maieſt. ageret, ſed vt cœpta proſequeretur, operam enim daturum ſe, ne Imperatori miles, neruuſq; bellicus ſubmittatur. Porrò Dilect. Veſtram diligenter admonuiſſe, ne cum Saxone ageret, quod is partes Cæſareas nimium tueretur. Enimuero cum hiſce ſimilibus dictis fides non facile ſit habenda, quia tamen eiuſmodi pro varia rerum diſpoſitione ſeruiunt, minimè negligendum cenſui, ea omnia DilectioniVeſt. communicare, & mea officia deferre. Ambergæ 9. April. 1606.

Chriſtianus Princeps Anhaltinus.

Hæc Anhaltinus, à quibus motus Hungarici buccinam noſcimus, I porrò Pleſsi, & veſaniam illam Baſtæ mitiſsimo ac fortiſsimo Duci adſcribe, Belgioſæ prudentiſsimam viam reprehende: quia illi æqua volebant, aduerſarios habuere Caluiniſtas, amicos habituri, ſi iniqua maluiſſent. Dices Anhaltino ea, quæ Italus ille narrabat, non fuiſſe omnino credibilia viſa. Fortaſſe; quia tametſi euerſum contra Cæſarem ſtomachum veſtrum nouerat, tam immania tamen fuiſſe auſuros non putabat; Italum autem vera denunciaſſe, timor & cura veſtra demonſtrat; qui honeſta & Reipublicæ ſalutaria ſcribit, Reipubl. Rectorem Cæſarem non timet. Itaque Baſta & Belgioſa, crimine, quod vos Caluiniſtas tenet, vacant. Machiauelli artem nobis non obijce, nihil de ea nobis conſtaret, niſi vos doceretis, nullo alio didactro, niſi iuſto rerum veſtrarum interitu.

CAPVT VI.

Electorem Palatinum acceptione nouæ electionis Bohemicæ, reali Regis ſolii Pragenſis occupatione, admiſſa etiam acceptaq; coronatione, ac generali recepto homagio, crimen læſæ Maieſtatis commiſiſſe, omnem malorum in Regno illo, vicinis Regionibus, & Imperio Romano lernam accerſiuiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Regnum Bohemiæ Palatino Electori, ac alijs forte Principibus & Vnionis Statibus, Conſiliarijs item & miniſtris Archi-Palatinis alijſue Regnum Electiuum viſum non hæreditarium, Regnicolisq; ius eligendi Regem (vt Aurea Bulla loquitur) ab ijſdem adſcriptum eſſe, ob inferius poſitas rationes, nemini adeò nouum aut inſolens eſſe poteſt aut debet. Ac primo quidem, quia de Electione Regum Bohemiæ plenæ ſunt Vngaricæ & Polonicæ Hiſtoriæ, pleni Annales Sileſii, plena exemplorum ac monumentorum Bohemicorum vetuſtas. Quis autem antehac diuinare potuiſſet, Electionem nihil aliud eſſe, quam alium quemuis modum acquirendi Regnum? aut quis hæreditariam quoq; ſucceſſionem electionis verbum in ſe complecti hactenus ſomniaſſet? Siquidem hæc demum explicatio à clade Pragenſi in Imperio ex tractatu illo innotuit, quem de iure hæreditario Domus Auſtriacæ concinnatum Sigiſmundus Latomus Francofurti 1621. typis edidit. Quæ interpretatio num iuris & hiſtoriæ veritati conueniat, ipſe Lector iudicet, cum in memoriam ſibi reuocabit, quod omnia regna & omnes Principatus acquiruntur aut per Electionem, aut per hæreditariam ſucceſſionem, & quod Electio & ius hæreditarium ſimul conſiſtere non poſſunt: imò quod poſitâ Electione tollitur ius hæreditarium & è conuerſo.

FABIVS.

Diſputationem ingredimur Pleſſi non neceſſariam; nam ea fucũ tantum & fumum Lectori offundit. Sit *electiuum*, vt nôris quam inaniter garrias, apud te *Bohemiæ Regnum*, quid tibi, tuæque cauſæ opis inde petis? In *Regno electiuo*, cum vacat, eligere licet; cum non vacat, eligere non licet; quod tamen Bohemi fecere, impellente te, tuique ſimilibus ſuſurronibus. Ne tamen declinare videar tua hiſtorica arma, quibus pugnam cies, age vibra quidquid telorum eſt; placet excipere, ne

Imbel-

Imbelles inter parmâ ſtem inglorius albâ.

Principio, Hiſtoria, inquis, *Bohemica, Annales Sileſiæ, Hiſtoriæ Hungarica & Polonica crebrò differunt de electione Regum Bohemiæ*; non diſſiteor; ſed loquuntur illi, aut loqui debent (quemadmodum verba Friderici Cæſaris explicat Auctor libelli, qui inſcribitur *Ius hereditarium & legitima ſucceſsio in Regno Bohemiæ Ferdinandi II.*) non de libera è quibuſcunque mortalium electione, ſed de legitima permittendi & adeundi, Regni ratione, iuxta iura conſuetudineſque antè receptas; quæ verba à te corrupta falſo irriſu ſic exagitas, cum ais; *Quis autem antehac diuinare potuiſſet Electionem ſignificare quemuis modum regnum acquirendi?* nemo tam ineptè, mi Pleſsi, coniectauit, nemo etiam tam fatuè ſcripſit præter te: Legitimum Regni acquirendi modum iuxta iura & conſuetudinem receptum appellauit auctor ille Bohemicam electionem, *quemadmodum*, inquit, *hæreditarij quoque Principes recipi à Prouincijs ſolent, cum in poſſeſsionem inducuntur: quæ receptio abuſiuè electio dici poteſt*. Vide plura apud eũdem, de quo Lectori iudicium permittis, non inſipienter, quia tuum nullum eſt. Miror autem te eidem Lectori hîc memoriam vellere & recordari iubere duos tantum eſſe acquirendi Principatus modos, per electionem videlicet, aut per hæreditariam ſucceſsionem, & interim tu ipſe obliuiſceris tertij modi à vobis vſurpati, *raptus* videlicet, quem celebratiſsimum feciſtis totâ Europa. Sed ad rem; Quam anguſto vis me giro concludere, ne alijs à te deſignatis vijs per ius Regna comparem? quàm multi Principatus iure belli obtenti ſunt? quàm multi dono accepti? Conſtituto per Carolum olim apud Germanos Imperio virtuti Cæſares Principatus tribuebant, malis moribus auferebant, vt taceam, Prouincias etiam permutari aut emi poſſe, adeò puerilis eſt diuiſio tua, ſicut & id quod addis, *Electionem tollere ius hæreditarium, & viciſsim ius hæreditarium electionem*; nam vtrumque alicubi, ſi electionem laxiore ſignificatu accipias, commiſceri poteſt: Vt enim in hoc aut illo Regno, natiuo ſanguine hæres ſim, ita tamen ſum, vt non legitimè imperitem, niſi receptus ſolennibus votis & formulis ſubiectorum, quibus conſuetudine id iuris dumtaxat hæredem complectendi, non repellendi.

PLESSIVS.

Secundo, quia omnibus ſæculis multi tam vicini, quam alij Reges ac Principes, ad Regnum Bohemiæ adſpirarunt, & eo ipſo illud pro electiuo Regno habuerunt. Sic Poloniæ Reges diuerſis vicibus filios & fratres ſuos ad Coronam Bohemicam via electionis promouerunt, vt ex hiſtoria Cromeri in vita Caſimiri & Sigiſmundi, & alibi licet cognoſcere. Sic & Carolus Septimus Galliæ Rex

vita functo Ladiſlao Rege, cuius matrimonio filiam deſponderat, ad Bohemicos Status tunc ad eligendum nouum Regem congregatos ſplendidam Legationem deſtinauit, per quam Status illos ſollicitaret, vt è filijs ſuis vnum, vel eum ſaltem cui filiam elocaturus eſſet, Regem ſibi eligerent, vt in Hiſtoria Bohemica AEneæ Sylui legimus, clariſſimo teſtimonio Galliarum Regem illum, Bohemicum Regnũ Electiuum non hæreditarium cenſuiſſe.) Nec minus etiam Matthias Coruinus Vngariæ Rex Coronæ illius conſequendæ gratia tam diu laborauit, donec à Papa AEnea Syluio, ſeu Pio II. illam conſequeretur, quod ſcilicet hic, vtpote rerum Auſtriacarum peritiſſimus, ac Frederico III. & Domui Auſtriacæ obſtrictiſſimus, nunquam facturus fuiſſet, ſi Regnum iſtud hæreditarium & Domus Auſtriacæ ſubiectum eſſe exiſtimaſſet. imò adhuc apud Iouium lib. 30. hiſt. ſub initium inuenire eſt, Vvilhelmum Bauariæ Ducem eandem Coronam cum Ferdinando I. competiuiſſe. Quod Monachij in memoriam ſubinde reuocari, quam Electoris Palatini acceptationem Regni Bohemiæ adeo ſiniſtrè interpretari, æquius fuerat. Iam tertio, Iouius dicto lib. hiſtor. 30. hac memoria prodit; Bohemi nequaquã Regem è popularibus, ſed ab externis nationibus, quem virtute atque iuſtitia potiorem putauerint, vetere inſtituto ſibi deligunt, ita, vt modo Hungaris, modo Polonis, & vt hodie videmus, nonnunquam Germanis Bohemię Regnum deferatur. *Quarto, in confeſſione Tengnagelij Archiducis Leopoldi Conſiliarij ſcripto ab ipſo comprehenſa, & Bohemicis Ordinibus exhibita, reperire licet; quod ille quoq; Bohemiam & Vngariam electiua Regna eſſe ſtatuerit. Quinto, Volffgangus Vvilhelmus Comes Palatinus (& cum eo dubio procul plures Imperij Principes) Regnum Bohemicum electiuum eſſe cenſuit, cum Maieſtatem Cæſaream in ſuperſcriptione Epiſtolæ congratulatoriæ, Electi Bohemorum Regis titulo condecorauit, electioniſq; nomine ei gratulatus eſt.*

FABIVS.

Bohemiæ Regnum vicinum ambiuiſſe vicinos Principes, fortaſſe cauſæ fuêre; alioqui ambiuntur non rarò aliena quoque, neque inde efficiuntur libera, vt mea facere poſſim: Iure, non cupiditate regna vendicantur. Quod de Polonis Caſimiro & Sigiſmundo profers, teipſum euertit, Caſimirus enim Bohemiam petebat vxoris ſuæ nomine, quæ Ladiſlai Regis defuncti ſoror fuerat: pari cognationis iure Sigiſmundus contendit: fuit enim Caſimiri nepos. De Gallo Rege Carolo omitte ſcribere, vtpote iuris Bohemici ignaro; miſit is Oratorem Regni poſtulandi cauſa, Stencone Sternbergio auctore, qui Principem Catholicum patriæ præeſſe maluit, quàm quòd fortaſſe futurum timuit, Georgium Bodiebradium Huſsitam, armis & Roccizanæ factionis fauore regio ſolio inhærentem. Quia verò tu aliquod momentum collocas in auctoritate Gallica, Electiuum Bohemiæ Regnum

cenſente,

cenſente, maius nos collocabimus in vicinioribus principibus longè aliter eodem tempore ſentientibus. *Caſimirus Poloniæ Rex*, ait Dubrauius, lib. 30. *cui ſoror Ladiſlai nupta erat, & Vvilhelmus Saxoniæ Dux, qui alteram ſororem natu maiorem in matrimonio habuit, Regnum ad ſe iure ſucceſſionis pertinere dicebant.* Viden' Pleſsi *Regnum* hic alterius *hæreditarium*; & quidem ipſum Dubrauium Olomucenſem Epiſcopum eadem in opinatione fuiſſe liquet ex his eiuſdem loci verbis. *At Rex Gallus non iure aut ambitioſâ petitione, ſed auro & opibus, quibus etiam parta regna debellantur, audacter prenſabat, ſpondens omnia Regni debita ſuo ære ſe perſoluturum; omniaque à Regno alienata ſuo Marte recuperaturum.* Hîc te Pleſsi obſeruare velim Regem hunc *non iure* petiiſſe, & ratiocinari tecum, Bohemiæ regnum electiuum, vt tu vis, non eſſe; nam Regnum quod liberè & iure cuilibet dari poteſt, à quolibet liberè & iure peti poteſt. Riſi quòd Romanum Pontificem, deteſtabile vobis nomen, tuarum partium ſtatuas; Aeneam inquam Syluium, ſeu Pium Secundum, quem ais Bohemiæ Regnum Matthiæ Vngariæ Regi contuliſſe, omiſſurum *ſi Regnum hæreditarium eſſe exiſtimaſſet*: immò verò, mi Pleſsi, quia Bodiebradius violentâ electione repulſus, qui iure petebant, Regni habenas ſuſcepit, religionemque Catholicam per Bohemiam afflixit, cùm in aliis, temporum iniuriâ, parum præſidij Pontifex reſidere putaret, bellicoſiſsimo eâ tempeſtate Principi Matthiæ Coruino Regni Bohemici habenas vſurpantem Bodiebradium bello perſequi mandauit. Mortuo mox Pio ſucceſsit Paulus Secundus acrior Georgij hoſtis, quippe qui auctore Dubrauio lib. 30. Hiſtoriarum Bohem. ſacro Imperio repugnantem dignitate regiâ ſpoliauit, ſpoliatumque ſummâ vſus poteſtate, ad Vngarum tranſtulit, vt fruſtra tu de conceſsione Pij II. obgannias *Guilielmum IV. Bauariæ Ducem* Ferdinando Auſtriæ in petendo Bohemiæ Regno æmulum fuiſſe, Iouius hiſtoricorum vnus quod ſciam, memoriæ prodit, quod à quo hauſerit incertum; ſed do candidatum fuiſſe Guilielmum aduerſus Ferdinandum; prenſauit Proceres, Regni Electores eo tempore, quo miſerabili Ludouici cæde regia ſedes vacabat, vos Regnum alteri iam deſponſum, & iurantibus dextris traditum inuaſiſtis; neque petentis partes ſuſtinuit Palatinus tuus, ſed rapientis, vt ex Bauarico facto nulla exſurgant nubila, quæ temeritatem veſtram obtegant; Iouii non inelegantis ſcriptoris verba pluris facio, quàm narrationem. Italus is fuit, & nimiùm diſsitus, audita ſcripſit, cùm explorata non potuit; nunc Vngari, nunc Poloni illud Regnum capeſsiuêre, quia nunc Vngarus, nunc Polonus ſanguine propior fuit, Electionis nomen Iouium decepit.

Tengna-

Tengnagelium immanitatis Veſtræ dirum exemplum teſtem omitte: quæ flammis & fidiculis eliciuntur, haud magni ponderis eſſe poſſunt: quanquam non immerito dubito hæc verba excidiſſe Tengnagelio, quia præter te neminē affirmantem audio, & tu fidem iam tuā proſtituiſti: nec te iuuat Ducis Neoburgici litterarum inſcriptio; Regi Ferdinando gratulatus eſt Electionem non illam liberam, quam tu iactas, ſed electionem intra ſanguinis limitem ex more & vſu antiquo. Viuit adhuc veri rectique amantiſsimus Princeps, ſi ſui ſermonis eum interpretem vis, exquire; reſpondebit quod noles.

PLESSIVS

Ex quibus ſexto loco accidit Aurea Bulla, quæ incolis Regni Bohemiæ ius eligendi Regis in caſu vacationis Regni expreſſè tribuit. Ex quibus ſequitur, nec ſimpliciter hæreditarium exiſtere poſſe Regnum illud, ſed neceſſario Electionem in certis ad minimum caſibus Regnicolis competere. Ac licet verba illa, vacationis Regni, in controuerſiam venire poſſent, iuri tamen congruum eſt, quod in dubijs & obſcuris ea capienda ſit interpretatio, quæ quam minimum abſurditatis & iniquitatis in ſeſe continet, & quæ eo tendit, ne lex eluſoria dici poſſit, per iura vulgata. Ius quippe eligendi ad caſum dumtaxat, quamdiu è Caroli IV. & ipſius deſcendentium ſtirpe ſuperſtites erunt, reſtringere, abſurdum planè & eluſorium eſſet. Nam Caroli IV. deſcendentes ex Lutzelburgica proſapia in tot Regias & Germaniæ Principum familias diſperſi ſunt (inde enim Regij in Anglia & Dania liberi, innumeri Principes in Domo Brandeburgica, Megapolitana, Luneburgica, atq; adeò in ipſa Palatina originem ducunt) vt etiamſi mortales caſus ſpectemus, tamen ſecundum hunc intellectum Regnicolis ius electionis in æternū non competiturū ſit. Nemo autem vel dupondius in iure ignorat, abſurdum dictu eſſe, legem aliquam (præcipuè adeò ſolemnem, qualis Aurea Bulla eſt) loqui & diſponere de caſu, qui per rerum naturam nunquam poſsit exiſtere.

FABIVS.

Aries tandem admouetur ad ſternendam in Bohemia hæreditariam Auſtriæ Domum, Aurea Bulla ius eligendi Bohemis tribuit *in caſu*, vt inquis, *vacationis Regni*: non abnuo Pleſsi, *tribuit hoc ius*, ſed ita, vt conceſſo iuris illius modo vtatur, modus autem is eſt, vt is non prætereatur, cui ſanguis patrocinatur; *tribuit ius* eligendi abſque Imperatoris auctoritate; ſatis eſt ſi electus regalia, quæ vocant, ſolemni more ab eo poſtulet; *tribuit ius*, ſed ſtemmate Regum omni deſito: atque hæc interpretatio vſu atque conſuetudine firmata nihil ineptitudinis continet. At tu arbitraris vix fieri poſſe, vt Caroli Quarti progenies, futuris annis intercidat; quaſi verò plurimæ familiarum nō funditus interijſſent?

Ius electionis quo modo conceſſu.

ſent? Hæreditas ad infinitos non vagatur. ſunt certi ſucceſſorum limites; neque enim quiuis cuiuſcunque aui hæreditatem capit, alioqui & tu ſi Noemi arca ſupereſſet, vendicare eam iure poſſes, aut ſaltem eius partem, niſi fortaſsè ex Deucalionis lapidibus natus ſis. Quare Aurea Bulla, mi Pleſſi, *nihil diſponit de caſu, qui per rerum naturam non poſſit exiſtere*; niſi fortaſsè diſponat, vt Palatinus tuus Rex Bohemiæ ſit.

PLESSIVS.

Veruntamen non eo hæc ſine adducuntur, vt hoc loco de iure Regni apud Bohemos ex profeſſo diſceptetur: illud ſaltem agitur; vt lectori tantum non manibus palpare liceat, Electori Palatino aliiſue, quod Regnum Bohemicum electiuum, ſtatibuſque electionem liberam competere cenſeant, crimen propterea læſæ Maieſtatis de iure, nec poſſe, nec debere impingi. Nam vt ille, qui probabili litigandi cauſa ductus in iudicium deſcendit, in pœnam temerè litigantium condemnari nequit: ſic nec Palatinus Elector, nec alij, qui Bohemiam pro Regno electiuo acceperunt, vel adhuc electiuum eſſe iudicant, vllius doli mali (ſine quo nullum, nedum læſæ Maieſtatis, crimen committi poteſt, & à quo etiam leuiſſima cauſa excuſat) incuſari aut conuinci vllo modo poſſunt. Quo poſito fundamento, lector prudens facilè decernere ſecum poterit, ſumma cum iniuria, propter hanc cauſam Bohemicam, Electorem in bannum imperij Romani declaratum fuiſſe. Primo ob iam allatam rationem, quod à dolo malo meritò ſit excuſandus. Secundo propter defectum iuriſdictionis in Cæſarea Maieſtatis perſona, quam in hac priuata ad Coronam Bohemicam prætenſione, non vt Cæſarem, ſed vt Archiducem Auſtriæ conſiderandam, diuerſi iam tractatus, & ſcripta abundè comprobarunt. Archiduci autem nullum omnino Imperium, nulla ſuperioritas, nulla iuriſdictio in Electorem competit. Tertio, quia Regnum Bohemicum cum iuriſdictione Imperij Romani, cum Camera Imperiali Spirenſi, cum Cæſareo iudicio aulico, cum pacis publicæ, & exſecutionis ordinatione, aliiſve conſtitutionibus nihil quidquam commune habet, vt in confeſſo eſt. Qua igitur ratione, & quo fundamento, quo denique iure praſcriptio ſeu bannum imperij, eiuſque ſententia à Iudicio Cæſaris aulico in cauſa Bohemica contra Electorem Palatinum lata poteſt ſubſiſtere? ſanè hoc modo, qui vel in Regno Daniæ, vel Suetiæ, vel Galliæ delictum aliquod patraſſet, in bannum Imperij condemnari poſſet.

FABIVS.

Quacunque tandem mente hæc de Electione Regni Bohemici diſputaueris, parum ad rem facit; demus enim ſimplicitati veſtræ, vos Religione abſterrendos fuiſſe, ſi conſtitiſſet Bohemiæ Regnum hæredibus, deberi, tamen non neſciebatis, iam pridem alium electum, & alienum eſſe, quod Bohemi offerebant; hoc certè ſciebatis; & rarò aliàs

Caluiniſtæ ex ignorantia labuntur; iuuat agere malè, & perdere mundum: quare dolum bonum vobis fuiſſe non probas; in legem Maieſtatis peccâſtis; neque defectus Iuriſdictionis in eo, qui ſententiam dixit, vllus fuit, niſi Cæſarem, non velis eſſe Cæſarem, qui cum inſolentem armis principem, & alios fortunis ſuis exturbantem proſcribere poſſit; quare non poſſet eum quoque proſcribere, à quo ipſe violatur & ſpoliatur? Viſne tu Pleſſi, vt te aduerſus prædones protegã, & me non protegam? Deinde cum furere cœpiſtis, Cæſaris iam Bohemia erat; quocunque tandem iure, ſeu ſanguinis, ſeu electionis. & futile eſt tuũ diſcrimen inter Cæſarem & Archiducem, iniuria perſonæ infertur; alioqui & Iudæi excuſarentur, qui Chriſto in crucem acto minime vt Deo, ſed vt homini, quem vt ſontem accuſabant, iniurias irrogarunt.

Habet quidem beneficio Cęſarum Regnum Bohemiæ, vt ab Imperij tribunali eximatur, & ius ſuis domi dicat, ſed tamen nullum priuilegium habet, vt in ordinem redigi non poſsit à ſumma poteſtate, ſi ordinem rumpat. Deinde noſtro in negotio nulla ſententia dicta aut ius exercitum eſt in Regem Bohemiæ, ſed in vſurpatorem Regni, & in eum, cui nullo nomine fas eſt, alienas terras hoſtiliter occupare; & tu ridiculus es, ac ſupra Iuriſperitum ſapis, qui opinaris ſuperioris poteſtate non poſſe eum proſcribi, qui ſolum vertit, atq; in ditione alterius degit. Fuga nec culpa nec pœna liberat, alioqui & tu ſanctus eſſes.

PLESSIVS.

Cum denique Electori Palatino præſentis huiuſce calamitatis, turbulentorum ac perniciosorum in Bohemia, Vngaria, Auſtria, &c. Imperioque Remmotuum cauſam adſcribunt, malitioſus error eſt, ac ſimiliter omni carens fundamento. Si enim illorum primas veraſq; cauſas quis examinet, ſtatim quicunq; Chriſtum non ore, ſed corde profitetur, ex ſacris litteris nouit, eiuſmodi vniuerſales pœnas, quibus tota Prouincia adfliguntur, non caſu, ſed ex certa Dei Omnipotentis prouidentia & diſpoſitione ad coercendam creſcentem hominum malitiam fluere ac immitti. Quemadmodum & Propheta inquit, Nõ eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. *Et in hanc quoq; rem Thuanus lib. 59. hiſt.* Anceps, *inquit*, belli alea, & incertus victoriæ exitus, qui plerũque non ad iuſtiorem cauſam inclinat; quinimò vſu venire cernimus, vt per ſimiles caſus Deus, quem iuſta in nos concitatum ira citra præfractam impudentiam diffiteri non poſſumus, ſuos puniat. *Inſuper & id è ſacra Scriptura haurimus, inter Principes & ſubditos diſcordiam iuſto Dei iudicio permitti. Sic enim lib. Iudic. c. 9. v. 22. 23. legimus:* Regnauit itaque Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui ceperunt eum deteſtari.

Digitized by Google

teſtari. *Ex quo apparet, vt euidentius nequeat, exortam illam Bohemici populi ab Auſtriacis eorumq; regimine abalienationem à Deo ipſo Omnipotente immiſſam. Ac verum illud Eraſmi Roterodami effatum experientia & res ipſa comprobat:* Bella ſunt communes pœnæ vtriuſque partis.

FABIVS.

Integer vitæ ſceleriſque purus Palatinus eſt, quidquid alij eum tot cladium Germanicarum damnent: nam primò, non ipſe primaria tam pernicioſorum motuum cauſa, ſed Deus eſt, qui inter mortales pacem & bellum diſpenſat? quis hunc autem verbis inceſſat, aut Numini eius, nutuiq; maleſanus obſtrepat? Horruit ipſe ſuum Caluiniſta ſermonem, & idcirco propheticis verbis adiicit, *malum pœna* Deum *facere*: modeſtior ſuo Magiſtro Caluino, ſed haudquaquam melior, quia non ſolum malum pœnæ perpeſſa eſt Germania, ſed etiam malum culpæ, cuius Deus auctor non eſt, ſed Palatinus, ſed Pleſsij, ſed Camerarij, ſed ſimiles; ſicut enim Deus conniuet ad ſicarij cædes, ad prædonis rapinas, ad ſcortantis incæſtum, & voluntariè in ſcelera ſe præcipitantem non cohibet, ſeu ob meritum, ſeu ob demeritum huius vel illius, ita furentem Caluiniſmo iuuenem, Heidelbergenſem Palatinum in exitium ſuum & aliorum ruentem non refrenauit, ſiue vt caſtigarentur, qui bello petebantur, ſiue vt periret is, qui perditum alios ibat; Nec tamē voluit Deus, aut iuſsit Palatinum furere: neq; alijs vetuit furentem coercere. Ea quæ ex Biblijs affers, nihil pro te habent ponderis. Multa per omnes Gentes, per omnia tempora patrantur mala, nullo Dei vitio, ſed malignitate hominum ſuo tempore puniendorum, neque enim Deus quocunque momento vindicias agit. *Differimur miſeri, laniena victima fera.* Thuanus more hiſtorici exſpatiantis philoſophatur: nō neſcimus ſubinde victoriam peiores ſequi, ſed tandē deſtituit, pugna vna alteraue vincant, bello vincuntur, niſi Deus Martem pro flagello verſet: ſolatia vndequaque conquiris etiam ex Eraſmo illo profluentia, verborum famoſiore Rhetore, quam Theologo. Haud dubiè bellum, quod vos concitaſtis, etiam nobis pœna fuit, ſed à vobis illata, Deo de cœlis intuente, vti vos maiorem daretis, maiorem meriti. *Bellorum an Deus auctor.*

PLESSIVS.

Si ad cauſas nunc ſecundas eatur, pro Electore Palatino ſolemnis Ordinum Bohemiæ vocatio & electio militat, quam vt pro legitima agnoſceret, ponderoſiſsimis rationibus motum ſupra diximus, adeoque vel minimum titulus putatiuus, vt Iuriſconſulti nominant, illum excuſat. Contra hanc Palatini Electoris electionem & vocationem Cæſar Bohemicis Statibus controuer-

ſiam mouit, ac publicè Coronam Bohemicam, vt ſibi hæreditariam, & Bohemos vt hæreditarios ſubditos vendicare inſtituit. Qui è contrario Coronam Bohemiæ non alio, quam electionis titulo deferri defendentes, cum etiam arma, iam ante Electionem & aduentum Palatini arrepta, manibus tenerent, extrema potius pro Libertate & Religione experiri, quam conſentire voluerunt. Fortuna quidem ipſis non fauit, ſic vt ad tempus arma deſerere coacti fuerint: at caput controuerſiæ, An Bohemia Electiuum, an Domus Auſtriacæ hæreditarium Regnum ſit, ne in hodiernum quidem diem legitimè deciſum, ſed adhuc ſub iudice lis eſt. Quam ne noſtram facere velle videamur, ſuo ſcilicet loco relinquitur.

FABIVS.

En Lector Pleſsij impietatem! Cauſam principem tam nefandæ in Imperio turbæ Deo adſcribit: alteram Palatino ſuo, ſed longè innocentiſsimo, quia Legatione hic ſolenni in Bohemia accitus, electionem maturâ deliberatione, pro legitima habuit, quia placuit, aliter ſenſurus, ſi alteri tantus honos decretus fuiſſet; quis eſt iſte *titulus putatiuus* Pleſsi? tune aut quiſquam alius in aula Palatina tam ſtupidæ mentis fuiſtis, vt prædam neſciretis prædam? vt raptum æſtimaretis donum? Nulla poteſt eſſe legitima electio, vt ego legitimè electo ſuccedam: nefas fuiſſet ad viduum Regnum principem accerſere præterito hærede: & iniuris ſit Regem iam inauctoratū pellere? Ingenti autem aſtutia fallis, cum ſcribis Cæſarem ob hanc Palatini electionem in contentionem veniſſe, vtrum Bohemiæ Regnum hæreditarium eſſet, an ſecus: quaſi hinc obortum fuiſſet bellum, & pro Libertate tuenda Bohemi ſumpſiſſent arma ſpecioſo titulo. Bellum ortum eſt, mi Pleſsi, non à lite Electionis, ſed à veſania veſtra, Imperium Auſtriacum aſpernante: dignitate Senatores Cæſaris exuiſtis, vt vos indueretis, fidem & nomen eius ſecutos; Regno eieciſtis, & ne vindex ipſe ſcelerum veniret, conſcripto milite iter muniuiſtis, in ipſam Auſtriam inſeſta ſigna illaturi: hæc belli origo, non autem tua electionis controuerſa quæſtio. Ferdinando quoque Matthiæ ſucceſſori, nulla cum Bohemis rixa de Electione, ſed de poſſeſsionis iure fuit; electus enim petebat id, quod ex electione ei debebatur, & quia Bohemi fidem fregerant, alterique, quod iam non ipſorum erat, tradiderant, in abnuentes & armatos armatus iuit, ac memorabili clade exemplum ſtatuit, nequaquam ſubiectorum libidine Regna dari, aut auferri. Neque *adhuc ſub iudice lis eſt*, quod ais, an penes vos Caluiniſtas ius Electionis ſit: nam ſi quod habuiſtis, rebellione amiſiſtis, & cum fugiſtis, adeò omnia reliquiſtis, vt precariam habitandi poteſtatem alibi quæratis, inter mendicabula Regiæ electionis immemores. Rectè autem agis, quod *litem* de electione *ſuam non vis facere*,

Origo belli Bohemici non niſi à Caluiniſtis.

Digitized by Google

facere,ſed neque electionem ipſam,qua regium ſupercilium tuus Princeps induit, veſtram facere debebatis;neque calamitas iam veſtra eſſet, neque exilium.

PLESSIVS.

Hoc tamen ſolum hic lubet inquirere, quid in eo Palatinus peccauerit,quod Cleſelius,& alij Bohemis tumultuãdi occaſionem præbuerint,quod Bohemi propter præſidum iniurias *defecerint, vt ſuperius indicatum eſt, aut quam Palatinus ſuſtinet culpam, quod Conſiliarij & miniſtri Auſtriaci machinationibus molitionibuſq; ſuis cum Hommonay, quem ad Principatum Tranſyluaniæ euectum deſiderabant Principem Bethlemum Gaborinum in ſe concitarint, eique quærendis Conſtantinopoli auxilijs anſam dederint? Ex quo arctior poſtea coniunctio cum Hungaris, cæteraque in Hungaria mutationes ſequutæ ſunt.*

FABIVS.

Tertiam belli cauſam,abſoluto Palatino, ordiris, *quam Cardinalis Cleſelius,& præſidum iniuriæ* dederunt.Sed quid omittis Cleſelij enarrare facta tumultum cientia? cum vos curiam Pragenſem inſano Procerum iactu vacuefeciſtis, atq; ex orco Furias ad ſeditionem concitandã euocaſtis, apud Vngaros per id tẽpus Cardinalis erat, nulla iniuria quemquam irritans,neque prius quid aduerſum vos patrarat,quod armis vindicandum erat:neque Præſides iniuriam fecere, ſed paſsi ſunt. Operam tu quidem vtilem impendiſſes, ſi ſpeciatim iniurias illas explicaſſes:Generatim accuſat,qui cauſę diffidit:alibi dicis,percenſentur: non neſcio:percenſentur iniuriæ,nomine iuſtitiæ debebant: quidquid enim voluntati veſtræ aduerſatur, iniuria eſt; ô quot iam iniurijs obruti eſtis calamitoſi Caluiniſtæ! digni tamen fortunâ, quam ipſi feciſtis.

In Hungaria quoque Conſiliarij Auſtriaci, impulſo ad res nouandas Humanoio, diem turbauêre, eoque metus redegêre Bethlemium,vti Ottomannicam pulſare portam,ſi ſaluus eſſe vellet, neceſſum fuerit. Scilicet Pleſsi Cæſareani Bethlemium ad Turcæ præſidium pepulerint!Si pro officio Beneficiarij BethlemiusRegem ſuum obſeruaſſet,ſi quæ ſubiecti Principis ſunt,Regi præſtitiſſet,neque Turcico auxilio opus erat,neque bello,quo Hungariam impleuit, vt vaſtatæ imperaret vaniſsimo Regis titulo.Quia verò mi Pleſsi,ad hunc locum deuenimus, vt Mundo conſtet, quis Vngariam inquietarit; fare obſecro quàm pacificâ tu Legatione functus ſis apud Septimontanum illum? an non auctor fuiſti, vti vobis Bohemiam occupantibus, Ga-

ſiam monuit, ac publicè Coronam Bohemicam, vt ſibi hæreditariam, & Bohemos vt hæreditarios ſubditos vendicare inſtituit. Qui è contrario Coronam Bohemiæ non alio, quam electionis titulo deferri defendentes, cum etiam arma, iam ante Electionem & aduentum Palatini arrepta, manibus tenerent, extrema potius pro Libertate & Religione experiri, quam conſentire voluerunt. Fortuna quidem ipſis non fauit, ſic vt ad tempus arma deſerere coacti fuerint: at caput controuerſiæ, An Bohemia Electiuum, an Domus Auſtriacæ hæreditarium Regnum ſit, ne in hodiernum quidem diem legitimè deciſum, ſed adhuc ſub iudice lis eſt. Quam ne noſtram facere velle videamur, ſuo ſcilicet loco relinquitur.

F A B I V S.

En Lector Pleſsij impietatem! Cauſam principem tam nefandæ in Imperio turbæ Deo adſcribit: alteram Palatino ſuo, ſed longè innocentiſsimo, quia Legatione hic ſolenni in Bohemia accitus, electionem maturâ deliberatione, pro legitima habuit, quia placuit, aliter ſenſurus, ſi alteri tantus honos decretus fuiſſet; quis eſt iſte *titulus putatiuus* Pleſsi? tune aut quiſquam alius in aula Palatina tam ſtupida mentis fuiſtis, vt prædam neſciretis prædam? vt raptum æſtimaretis donum? Nulla poteſt eſſe legitima electio, vt ego legitimè electo ſuccedam: nefas fuiſſet ad viduum Regnum principem accerſere præterito hærede: & iuris ſit Regem iam inauctoratũ pellere? Ingenti autem aſtutia fallis, cum ſcribis Cæſarem ob hanc Palatini electionem in contentionem veniſſe, vtrum Bohemiæ Regnum hæreditarium eſſet, an ſecus: quaſi hinc obortum fuiſſet bellum, & pro Libertate tuenda Bohemi ſumpſiſſent arma ſpecioſo titulo. Bellum ortum eſt, mi Pleſsi, non à lite Electionis, ſed à veſania veſtra, Imperium Auſtriacum aſpernante: dignitate Senatores Cæſaris exuiſtis, vt vos indueretis, fidem & nomen eius ſecutos; Regno eiecistis, & ne vindex ipſe ſcelerum veniret, conſcripto milite iter muniuiſtis, in ipſam Auſtriam infeſta ſigna illaturi: hæc belli origo, non autem tua electionis controuerſa quæſtio. Ferdinando quoque Matthiæ ſucceſſori, nulla cum Bohemis rixa de Electione, ſed de poſſeſsionis iure fuit; electus enim petebat id, quod ex electione ei debebatur, & quia Bohemi fidem fregerant, alterique, quod iam non ipſorum erat, tradiderant, in abnuentes & armatos armatus iuit, ac memorabili clade exemplum ſtatuit, nequaquam ſubiectorum libidine Regna dari, aut auferri. Neque *adhuc ſub iudice lis eſt*, quod ais, an penes vos Caluiniſtas ius Electionis ſit: nam ſi quod habuiſtis, rebellione amiſiſtis, & cum fugiſtis, adeò omnia reliquiſtis, vt precariam habitandi poteſtatem alibi quæratis, inter mendicabula Regiæ electionis immemores. Rectè autem agis, quod *litem* de electione *ſuam non vis facere*,

Origo belli Bohemici non niſi à Caluiniſtis.

Digitized by Google

facere,ſed neque electionem ipſam,qua regium ſupercilium tuus Princeps induit, veſtram facere debebatis;neque calamitas iam veſtra eſſet, neque exilium.

PLESSIVS.

Hoc tamen ſolum hic lubet inquirere, quid in eo Palatinus peccauerit,quod Cleſelius,& alij Bohemis tumultuãdi occaſionem præbuerint,quod Bohemi propter præſidum iniurias *defecerint, vt ſuperius indicatum eſt, aut quam Palatinus ſuſtinet culpam, quod Conſiliarij & miniſtri Auſtriaci machinationibus molitionibusq; ſuis cum Hommonay, quem ad Principatum Tranſyluaniæ euectum deſiderabant Principem Bethlemum Gaborinum in ſe concitarint, eique quærendis Conſtantinopoli auxilijs anſam dederint? Ex quo arctior poſtea coniunctio cum Hungaris, cæteraque in Hungaria mutationes ſequutæ ſunt.*

FABIVS.

Tertiam belli cauſam,abſoluto Palatino, ordiris, *quam Cardinalis Cleſelius,& præſidum iniuriæ* dederunt.Sed quid omittis Cleſelij enarrare facta tumultum cientia? cum vos curiam Pragenſem inſano Procerum iactu vacuefeciſtis, atq; ex orco Furias ad ſeditionem concitandã euocaſtis, apud Vngaros per id tẽpus Cardinalis erat, nulla iniuria quemquam irritans,neque prius quid aduerſum vos patrarat,quod armis vindicandum erat. neque Præſides iniuriam fecere, ſed paſsi ſunt: Operam tu quidem vtilem impendiſſes, ſi ſpeciatim iniurias illas explicaſſes:Generatim accuſat,qui cauſę diffidit:alibi dicis,percenſentur: non neſcio:percenſentur iniuriæ,nomine iuſtitiæ debebant: quidquid enim voluntati veſtræ aduerſatur, iniuria eſt; ô quot iam iniurijs obruti eſtis calamitoſi Caluiniſtæ! digni tamen fortunâ, quam ipſi feciſtis.

In Hungaria quoque Conſiliarij Auſtriaci, impulſo ad res nouandas Humanoio, diem turbauêre, eoque metus redegêre Bethlemium,vti Ottomannicam pulſare portam, ſi ſaluus eſſe vellet, neceſſum fuerit. Scilicet Pleſsi Cæſareani Bethlemium ad Turcæ præſidium pepulerint!Si pro officio Beneficiarij BethlemiusRegem ſuum obſeruaſſet,ſi quæ ſubiecti Principis ſunt,Regi præſtitiſſet,neque Turcico auxilio opus erat,neque bello,quo Hungariam impleuit, vt vaſtatæ imperaret vaniſsimo Regis titulo.Quia verò mi Pleſsi,ad hunc locum deuenimus, vt Mundo conſtet, quis Vngariam inquietarit; fare obſecro quàm pacificâ tu Legatione functus ſis apud Septimontanum illum? an non auctor fuiſti, vti vobis Bohemiam occupantibus, Ga-

bor Hungariam infeſtaret, & Cæſaris vires diduceret? tam hebes non ſum, vt credam aliud poſteà à vobis factitatum, quàm conuentum fuerit? Fraternitas hinc & paternitas inter Palatinum & Gaborem nata. neque ſatis Gabori viſum Vngariam Cæſari infeſtam reddere, miſit ſuppetias quoque vobis, amicitiæ calentis adhuc arrham, vobiſcum acie Pragenſi perituras, niſi placuiſſet ſalutis causâ Moldauæ vada tentare, & mortem bibere; digni potu poſt aſtum pugnæ.

P L E S S I V S.

Reliquæ verò in Imperio turbæ, poſt cladem Pragenſem æqua pacificatione facilè componi potuiſſent. Nulla enim tum ferè Germaniæ Prouincia extra Palatinatum ad Rhenum belli mala ſenſerat, ſic vt commodiſſimum illud ad ſecuram & perpetuam pacem ſtabiliendam tempus fuerit, maximè quum ex victoria Pragenſi Cæſarea Maieſtas, & belli ſocij egregia conſequuti eſſent commoda. Præclara enim Domini de la Noue in diſcurſibus Militaribus & Politicis cap. vlt. doctrina eſt. quod alterutra belligerantium partium tunc optimè & ſecuriſsimè pacem paciſci poſsit, poſtquam inſignem commoditatem parti aduerſæ eripuit; *de quo & Hanno Carthaginenſis poſt victoriam ad Cannas apud Liuium Decad. 3. lib. 3. perbellè inſit.* res bello benè geſtæ, ſi volumus fortunâ vti, pacem nobis æquiorem dabunt. Nam ſi prætermittimus hoc tempus, quo magis dare, quam accipere poſſumus, videri pacem, vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana euadat, &c. *Hoc temporis punctum accuratè obſeruauit Marchio Spinola, quum ante paucos annos Regi ſuo pacem cum Batauis perſuaſit, ipſeque inter alios pacificationis tractationi interfuit. Quod ſi Cæſarea Maieſtas illo adhuc tempore, quo Baro Digby Angliæ Regis nomine interpoſitionem obtulit, promittens, Regem ſuum ad conditiones æquas, & conuenientem ſubmiſſionem generum ſuum adducturum eſſe, ſuſpenſionem armorum, ſinceram æquabilemque compoſitionem admiſiſſet, tunc ſanè mox ſubſecuta deuaſtatio & depopulatio ſuperioris inferioriſque Palatinatus, vicinarumque regionum, & ſimul tot deteſtanda facinora, homicidia, & incendia facta non fuiſſent. Sed quibus ex cauſis, omnis pacis actio repudiata fuerit, facilè cuiuis liquet ex diu coctis conſiliis & molitionibus, quæ poſtmodum Temporis filia Veritas iuuante Deo in lucem produxit?*

F A B I V S.

Turbatæ Germaniæ culpam; vt video, ſuſtinet Cæſar; poſt Pragenſem victoriam à pace alienus, haud magno conſilio, nam tum opportunitas erat pacis leges pro arbitrio ferre; Quid enim fractus hoſtis obſtreperet? aut abnueret? acceptanda ſunt omnia, perdituris omnia.

Mi Pleſsi prudentiùs iam ratiocinaris, calamitate eruditus, quàm cùm fortuna, quæ te merſit, falsò blandiebatur. Quæro an vos, cùm cœleſti catenâ aduerſus omnes impetus veſtrum Regem vinctum opinabamini, pacem vnquam Cæſari obtuleritis? Exercitus potius compleuiſtis, & vicinas quoque Prouincias inuaſiſtis, cur Cæſar exemplo veſtro non vteretur? Dein cauſa nulla fuit, cur Cæſar vobis contuſis pacem offerret, præſertim cùm infra Maieſtatem eius ſit, rebellibus dare, quod ipſi tot terris abſtulerant. Et cur vos potiùs, quibus opus erat, non iuiſtis ad aram Clementiæ & pacem popoſciſtis? nobis ſtrato ad Pragam hoſte neceſsitas nulla fuit; neque tamen crudelitas animi à pace nos auertiſſet, ſi quod vobis petendi ingenium fuiſſet. Dices Angliæ Regis Legatus Dighyus pacis conſtituendæ cauſâ inducias à Cæſare poſtulauit, ſed negatæ ſunt; immò verò negatæ non ſunt, niſi nolentibus, immo etiam rumpentibus. Dgbyo ad iter accincto & Palatini mentem exſpectanti, ſcribit Palatinus Anno 1621. V. ſtyl. 24. & N. 14. Octobr. Bipontino Heidelbergæ Gubernatori de inducijs pendere ſe animi, initet ipſe cum ſuis conſilium, & ſi quòd Patriæ ſalutare occurreret, vterentur, eâ tamen lege, vt ne induciæ aliter fierent, quàm reſtituto caſtro Stain, alijſque quibuſdam locis, quod Hiſpanos non facturos haud dubiè ſciebat. Addit deinde, quod vnum ad inducias comparandas facere videbatur, non poſſe ſe, antequam certi quid de factis inducijs intelligat, conquiſitionis & delectus militum intermittendi conſilium expedire. Vide mi Pleſsi auidum pacis in Palatino animum, ac minimè ſtolidum, præter propugnaculorum reſtitutionem, inducias & ferias apud hoſtem quærit, vt interim ille negotiari poſsit, ac Martis opus perficere, cum futurâ incauti hoſtis clade; Danus quoque Rex, inquies, pacis ſe arbitrum apud Cæſarem profeſſus eſt; profeſſus eſt; & ſerò, & fruſtrà, quia pacem is, pro quo petebatur, nolebat, Gabori & Ottomannicæ militiæ confiſus. Vt mihi Apolloſis Pleſsi, edicito an vel ſemel animum demiſerit Palatinus, Cæſarique ſupplex fuerit? aut ſi ſupplicis nomen altior ſpiritus horret, an compoſitionem poſtulauerit? ne ſibilus quidem ſoricis auditus eſt; & tamen Cæſar tam immanis eſt, tam humanitatis oblitus, vt non de pace, non de amiſsis Prouincijs Palatino reddendis cogitet? ô crudelitas! volenti perire manus non porrigere! Poſt prælium Pragenſe pacem habuiſſetis Caluiniſtæ, ſi eam ferre potuiſſetis, infortunio ferociores. Ad vaſtandum vtrumque Palatinatum Electorem Bauarum iniuriâ militari traxiſtis; Manſfeldius in ſuperiore copias auxit, vt Bohemiam repeteret; vbi intercluſos aditus aduertit, aliò cogitationem vertit, atque vti tuto profugeret, inſecuturos

Palatinus à pace alienus.

cuturos

Digitized by Google

cuturos mendacio tenuit; fraude ac fugâ nulli Ducum ſecundus, niſi fortaſsè in altero Pleſsius æquet.

CAPVT VII.

Vnitos bellum, quod dudum antea præpararint in Catholicos, in Conuentu Norico anno 1619. decreuiſſe. Ad huius articuli probationem pag. 203. Compilator Epiſtolam recitat à Volrado Pleſſeno Norimbergæ 27. Nouemb anno 1619. exaratam.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Circa allegatam hanc Epiſtolam Lector quæſo conſideret: primo, tunc temporis fuiſſe exaratam, cum tam Vniti, quam Romano-Catholici copias vtrinque militares in promptu haberent, ac Dux Bauariæ Equitum Peditumque maiores copias ex Vveſtphalia, Moguntinus verò & Treuirenſis Electores Anholtinos pedites, quos tunc conſcriptos eorum Conſiliarij & Officiarij luſtraturi erant, quotidiè præſtolarentur. Qui itaque Pleſſeno vitio vertatur, quod, tali rerum ſtatu & conditione, animi ſui ſenſum priuatis literis per modum diſcurſus indicauit, quibus nimirum locis, appropinquante præſertim hyeme, Vnitorum milites commodè diſtribui poſſent? Neque vſus hactenus in Imperio obtinuit, vt Principis alicuius Proteſtantis Conſiliarius vel miniſter in eiuſmodi caſibus Romano-Catholicis rerum ſuarum rationem reddere obligatus fuerit. Quod nec à Romano-Catholicorum Conſiliarijs miniſtriſve Proteſtantes vnquam poſtulaſſe meminimus.

FABIVS.

Si quid roboris ingenij, Pleſsio eſt; hic exerit, de capite decertaturus ſuo: Epiſtolam ſcripſit proſcriptione dignam, proiecturus calamum, ſi vel ſuſpicione Catholicorum oculos timuiſſet. Nunc quia prodita & perdita res eſt, longô verborum ambitu Epiſtolam pudibundam circumuelat, caſſo labore Aſtutum aſtuti intelligunt; & niſi calliditatis artem noſſent, à tanto Magiſtro diſcerent. Non quærimus Pleſsi, quo tu tempore epiſtolam ſcripſeris, ſed quid ſcripſeris; facinus nulla tempora eleuant; ſtant ſua pretia rebus quocunq; momento. Parârit Bauarus Elector maiores copias; coegerit aliàs Moguntinus, armârint ſe alij, inter tot tumultus à Caluiniſtis concitatos; Ergò tibi licuit in Catholicorum terris caſtra metari, & hoſtem fieri, antequam ipſi eſſent?

Digitized by Google

eſſent? Ergò licuit Bohemum in Cæſarem irritare,& Martis artes docere,quibus periret Imperator? Duobus autem ictibus generatim elidere temeritatem tuam conaris Pleſsi,fruſtra. Nam quod Epiſtolam priuatam appellas,ſi chartam ſpectes, fateor: ſi ſcribentem, ſi rem, ſi eum,ad quem data eſt;publica ſunt omnia,& tempori,quod vos turbulentum feciſtis,idonea. Tu Pleſsi à Conſilijs fuiſti Palatino ſeditionum Principi,tu materiam bello paraſti, tu terras excurriſti, tu pacatorum animos inflammaſti, Bellonæ thura cremaſti, & quidem gnauiſsimè tum, cùm plenus curis & moræ omnis impatiens,litteras has exaraſti,vt publicum magis turbaretur. Quis rem, de qua tibi verba, publicã neſciat?inſtruere armatos,& belliſcientiâ rudes imbuere, aduerſus Regem ſuum,nihil priuati habet;& is,ad quem ſcripſiſti, Agentium longè primus erat.Quis enim per multos iam annos plus laboris impendit,plus ſudoris fudit,quàm Princeps Anhaltinus,qui velut omnium nuncius Triptolemi curru inſidens, magnam Europæ partem peruagatus eſt,non vt pacem Imperium haberet, ſed vt Imperium haberent Caluiniſtæ,non fuit ergo tua Epiſtola priuata,niſi fortaſſe,ſi ſic loqui licet,iuſtâ virtute, & probo animo. Neque te admodum defendit libertas tua, qua factorum dictorumque tuorum alienæ cenſuræ immunis es;liberum etiam eſt ſicario latibula inſidere, & viantes infeſtare; neque propterea,qui telis petuntur,innoxij ictus excipiunt; Libeat graſſatori ferrum ſtringere, & perituro non liceat, ita Pleſsi calamus tuus quacunque libertate papyrum pererret,ſi damno,ſi ſanguine noſtro ſcribitur, non interdicimur in te quoque ire, & calamo palàm facere,quid calamo tu tam peſtilenti merueris.

PLESSIVS.

Secundo quod in dicta Epiſtola nullum veſtigium reperiatur, illius inuaſionis, aut violentæ oppreßionis, vel exterminationis finitimorum Clericorum, quam Compilator pag.27.& alibi paßim venditat. Sed Epiſtola de diſtributione duntaxat,& ſuſtentatione militum Vnitorum verba facit Prorſus vt ipſam Epiſtolæ litteram vrgere optimo iure liceat.

FABIVS.

Quia parum ipſe fidis Pleſsi his tuorum verborum inſulſis ſtrategematis,rem ipſam flocci æſtimas, quòd nihil ſcriptum abs te fuerit de communi bello:& Eccleſiaſticorum oppreſsione. Sed hoc adeò falſum eſt, vt loco tuo, quia depuduiſti,Epiſtola ipſa, dum aliorum oculis obitur, erubeſcat. inter cætera cum vafritiem doces agendi cum Electore Bauaro, quibuſcunq; demum verbis perſuadendo *neutralitatem*

Digitized by Google

tem, vt vocant, quam facilem obtentu fore credideras, ſi proximis Bauariæ duobus tribuſque Epiſcopis caueretur, hæc ſcribis: *Si Bauarus ſibi fœdere iunctos duos aut tres duntaxat Epiſcopos Bauariæ viciniſſimos excipiat, conniuendum exiſtimo, vt cum reliquis libertas ſit: per hunc modum reipſa Bauarus diuelletur ab alijs Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus*; dubium *tamen eſt, an Bauarus perſuaderi poſſit*. Quid fateris hic Pleſſi, an non tum à te, quod negas, arma etiam ad Germaniam Catholicam ſubigendam parabantur? nihilne *de oppreſſione Eccleſiaſticorum in Epiſtola illa* exitiali ſcripſiſti: ô os! iam pridem patulo rictu inhiabas Epiſcopatibus & omnibus Eccleſiaſticorum fortunis, iam dentes pruriebant & acuebantur, ſolius Bauari timor manus ſacrilegè inuolaturas in aliena, cohibuit: quem rectè ſuſpicabare aliter ſenſurum & facturum. Non igitur tu Conſilium duntaxat dediſti de ſtatiuis aut hibernis militum veſtrorum in Catholicorum terra deligendis, quamquam & hoc graue & æquitati ac Imperij legibus aduerſum, ſed auiditas veſtra vltra porrigebatur, vt litteris ipſe tuis conuinceris.

PLESSIVS.

Tertio, ſuam tantum ſententiam Pleſſenus, non verò aliquot congregatorum Statuum decretum vel reſolutionem perſcribit. Id quod Compilatori obſeruandum probè fuerat, ne toties ex Epiſtola illa concluderet, inuaſionem Catholicorum in Conuentu Norico Anno 1619. concluſam fuiſſe. Hic enim maliti oſus & manifeſtus error eſt. Expreſſe ſiquidem in ipſa Epiſtola pag. 204. habetur: Ordines reſolutionem iſtius puncti (num in Eccleſiaſticorum terris milites diſtribuendi eſſent) Electoris Palatini tanquam Generalis, & Marchionis Onoltzbachij, Electoris Generalis Vicarij diſquiſitioni reliquiſſe, qui cum Conſiliarijs bellicis & illis, qui Pontificijs aliquanto viciniores eſſent, eâ de re deliberare, & concludere poſſent. Quæ tamen concluſio nec Norimbergæ concepta, nec poſt ea vnquam ſecuta eſt. Quinpotiùs Legatio Monachium miſſa interuenit: inde Bauarica, finito Herbipolenſi Leguſtratum conuentu, prius expectata reſponſio: ſequuta poſt tranſactio Vlmenſis, quam Moguntinus denique excepit: Sic vt ex expeditione Vnitorum bellica, de qua Cõpilator in ſua Cancellaria tot exclamationes congerit, nulli Pontificij, ſiue Clerici ſiue ſæculares Imperij ſtatus ſint, militem, qui illos angeret, in ſuis territorijs viderint.

FABIVS.

Compilator non ex tuis ſolum litteris, ſed alijs quoq; teſtimonijs patefecit Norinbergæ decretum in nos bellum auctoribus Caluiniſtis. Comes Solmius Aulæ Palatinæ præfectus 13. Nouemb. Anno 16 9. in litteris ad Anhaltinum hæc inter alia ſcribit: *His diebus magiſtraliter in-*

Sen a-

Senatu tractatum & omnibus viſum, deſperatam eſſe grauaminum compoſitionem, via facti, quod tutiſſimum ſit procedendum. Hæc Germanicè ſatis Pleſſi, vt mirer te non intelligere. Sed tu tuam tantum Epiſtolam, vt innocuam, ſermonemque tuum rerum arcanarum minimè proditorem, propugnas; refers enim in ea dumtaxat Proceres in conuentu, bellum in Eccleſiaſticos (tu pro ſuetâ Caluiniſtis in ſacrum ordinem reuerentia neſcio quæ excrementa appellas) arbitrio Palatini & Ansbachenſis aliiſque militiæ Caluiniſticæ ductoribus, permiſiſſe: Quod arbitrium, mi Pleſſi, de tempore tantum erat, & opportunitate, nam bellum ipſum conuentui placebat, & ſi id aliundè neſciremus, ex inſolenti illa legatione ad Electorem Bauarum pateret; Mandata enim allata ſunt, non poſtulata: & quidem intolerabili ſuperbiâ, præſcriptum exequendi, quod imperabant, tempus. An tu vis Pleſſi, vt credam tibi non decretum bellum, quod mihi denuntias? Quare *manifeſtus error* non eſt, Pleſſi, quod Compilator ſcripſit, ſed manifeſta eſt tua vanitas, præſertim in parentheſi: cum inquis; *Ordines reſolutionem iſtius puncti (num in Eccleſiaſticorum terris milites diſtribuendi eſſent)* tantum diſceptaſſe, quia in litteris tuis non de locatione ſolum militum, ſed de oppugnandis Eccleſiaſticis ſcripſiſti, quod autem & quando, quomodo fieri deberet, diiudicandi poteſtas Ducibus belli facta eſt. Nec refert nihil ſtatim ab hac ſententia motum, quia color adhuc quærebatur, quem vt inueniretis, Monachium Oratores ablegâſtis: in ſpeciem cauſæ quærendæ belli, repulſæ certi. Igitur audaciam veſtram diſtulit primum Legatio, dein Catholicorum apparatus, ac demum ſpiritus iuſto altiores omninò fregit Electoris Bauari formidabilis exercitus, quem probè ad Vlmæ mœnia ſpectâſtis, trepidaſtiſque. Ergo animis metu labentibus, pax data & accepta; aleæ iactum, ſi vſpiam aliàs, in bello ambiguum timebatis; Parum autem refert, nihil ab exercitu veſtro cladis Catholicorum Prouincijs illatum, illatus iam terror erat, & inferenda clades, niſi nos credere vis militem à vobis circumduci, ludi cauſa & ad Theatrorum oblectamenta. Nos Catholici ſanguinolenta ſpectacula horremus: ſi vobis exercere hiſtrionicam libet, intra metas veſtras ludos edite.

PLESSIVS

Sub finem Epiſtola pag. 212. peruerſè admodum Compilator adducit ſententiam Domini Pleſſeni, qua verendum innuat, ne Statuum nonnulli ſub prætextu eroganda ſua quota pecuniam in ſuos vſus conuerterent, cum proprietatē Gallici ſermonis fortè nō animaduertit, aut ſenſum rectè adſecutus fuit. Nam & verba ſub ſpecie propriæ defenſionis, *qua tamen de ſubſtantia ſunt, & in ſe-*

Caluiniſtæ ex ignorantia labuntur; iuuat agere malè, & perdere mundum: quare dolum bonum vobis fuiſſe non probas; in legem Maieſtatis peccâſtis; neque defectus Iuriſdictionis in eo, qui ſententiam dixit, vllus fuit, niſi Cæſarem, non velis eſſe Cæſarem, qui cum inſolentem armis principem, & alios fortunis ſuis exturbantem proſcribere poſſit; quare non poſſet eum quoque proſcribere, à quo ipſe violatur & ſpoliatur? Viſne tu Pleſſi, vt te aduerſus prædones protegã, & me non protegam? Deinde cum furere cœpiſtis, Cæſaris iam Bohemia erat; quocunque tandem iure, ſeu ſanguinis, ſeu electionis. & futile eſt tuũ diſcrimen inter Cæſarem & Archiducem, iniuria perſonæ infertur; alioqui & Iudæi excuſarentur, qui Chriſto in crucem acto minime vt Deo, ſed vt homini, quem vt ſontem accuſabant, iniurias irrogarunt.

Habet quidem beneficio Cęſarum Regnum Bohemiæ, vt ab Imperij tribunali eximatur, & ius ſuis domi dicat, ſed tamen nullum priuilegium habet, vt in ordinem redigi non poſsit à ſumma poteſtate, ſi ordinem rumpat. Deinde noſtro in negotio nulla ſententia dicta aut ius exercitum eſt in Regem Bohemiæ, ſed in vſurpatorem Regni, & in eum, cui nullo nomine fas eſt, alienas terras hoſtiliter occupare; & tu ridiculus es, ac ſupra Iuriſperitum ſapis, qui opinaris ſuperioris poteſtate non poſſe eum proſcribi, qui ſolum vertit, atq; in ditione alterius degit. Fuga nec culpa nec pœna liberat, alioqui & tu ſanctus eſſes.

P L E S S I V S.

Cum denique Electori Palatino præſentis huiuſce calamitatis, turbulentorum ac perniciosorum in Bohemia, Vngaria, Auſtria, &c. Imperioque Rem. motuum cauſam adſcribunt, malitioſus error eſt, ac ſimiliter omni carens fundamento. Si enim illorum primas veraſq; cauſas quis examinet, ſtatim quicunq; Chriſtum non ore, ſed corde profitetur, ex ſacris litteris nouit, eiuſmodi vniuerſales pœnas, quibus tota Prouincia adfliguntur, non caſu, ſed ex certa Dei Omnipotentis prouidentia & diſpoſitione ad coercendam creſcentem hominum malitiam fluere ac immitti. Quemadmodum & Propheta inquit, Nõ eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. *Et in hanc quoq; rem Thuanus lib. 99. hiſt.* Anceps, *inquit*, belli alea, & incertus victoriæ exitus, qui plerũque non ad iuſtiorem cauſam inclinat; quinimò vſu venire cernimus, vt per ſimiles caſus Deus, quem iuſta in nos concitatum ira citra præfractam impudentiam diffiteri non poſſumus, ſuos puniat. *Inſuper & id è ſacra Scriptura haurimus, inter Principes & ſubditos diſcordiam iuſto Dei iudicio permitti. Sic enim lib. Iudic. c. 9. v. 22. 23. legimus*: Regnauit itaque Abimelech ſuper Iſrael tribus annis. Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem: qui ceperunt eum deteſtari.

teſtari. *Ex quo apparet, vt euidentius nequeat, exortam illam Bohemici populi ab Auſtriacis eorumq; regimine abalienationem à Deo ipſo Omnipotente immiſſam. Ac verum illud Eraſmi Roterodami effatum experientia & res ipſa comprobat:* Bella ſunt communes pœnæ vtriuſque partis.

FABIVS.

Integer vitæ ſcelerisque purus Palatinus eſt, quidquid alij eum tot cladium Germanicarum damnent: nam primò, non ipſe primaria tam pernicioſorum motuum cauſa, ſed Deus eſt, qui inter mortales pacem & bellum diſpenſat? quis hunc autem verbis inceſſat, aut Numini eius, nutuiq; malcianus obſtrepat? Horruit ipſe ſuum Caluiniſta ſermonem, & idcirco propheticis verbis adiicit, *malum pœna* Deum *facere*: modeſtior ſuo Magiſtro Caluino, ſed haudquaquam melior, quia non ſolum malum pœnæ perpeſſa eſt Germania, ſed etiam malum culpæ, cuius Deus auctor non eſt, ſed Palatinus, ſed Pleſsij, ſed Camerarij, ſed ſimiles; ſicut enim Deus conniuet ad ſicarij cædes, ad prædonis rapinas, ad ſcortantis incæſtum, & voluntariè in ſcelera ſe præcipitantem non cohibet, ſeu ob meritum, ſeu ob demeritum huius vel illius, ita furentem Caluiniſmo iuuenem, Heidelbergenſem Palatinum in exitium ſuum & aliorum ruentem non refrenauit, ſiue vt caſtigarentur, qui bello petebantur, ſiue vt periret is, qui perditum alios ibat; Nec tamẽ voluit Deus, aut iuſsit Palatinum furere: neq; alijs vetuit furentem coercere. Ea quæ ex Biblijs affers, nihil pro te habent ponderis. Multa per omnes Gentes, per omnia tempora patrantur mala, nullo Dei vitio, ſed malignitate hominum ſuo tempore puniendorum, neque enim Deus quocunque momento vindicias agit. *Differimur miſeri, laniena victima fera.* Thuanus more hiſtorici exſpatiantis philoſophatur: nõ neſcimus ſubinde victoriam peiores ſequi, ſed tandẽ deſtituit, pugna vna alteraue vincant, bello vincuntur, niſi Deus Martem pro flagello verſet: ſolatia vndequaque conquiris etiam ex Eraſmo illo profluentia, verborum famoſiore Rhetore, quam Theologo. Haud dubiè bellum, quod vos concitaſtis, etiam nobis pœna fuit, ſed à vobis illata, Deo de cœlis intuente, vti vos maiorem daretis, maiorem meriti. *Bellorum an Deus auctor.*

PLESSIVS.

Si ad cauſas nunc ſecundas eatur, pro Electore Palatino ſolemnis Ordinum Bohemiæ vocatio & electio militat, quam vt pro legitima agnoſceret, ponderoſiſsimis rationibus motum ſupra diximus, adeoque vel minimum titulus putatiuus, vt Iuriſconſulti nominant, illum excuſat. Contra hanc Palatini Electoris electionem & vocationem Cæſar Bohemicis Statibus controuer-

 ſiam mo-

ſiam monit, ac publicè Coronam Bohemicam, vt ſibi hereditariam, & Bohemos vt hereditarios ſubditos vendicare inſtituit. Qui è contrario Coronam Bohemiæ non alio, quam electionis titulo deferri defendentes, cum etiam arma, iam ante Electionem & aduentum Palatini arrepta, manibus tenerent, extrema potius pro Libertate & Religione experiri, quam conſentire voluerunt. Fortuna quidem ipſis non fauit, ſic vt ad tempus arma deſerere coacti fuerint: at caput controuerſiæ, An Bohemia Electiuum, an Domus Auſtriacæ hereditarium Regnum ſit, ne in hodiernum quidem diem legitimè deciſum, ſed adhuc ſub iudice lis eſt. Quam ne noſtram facere velle videamur, ſuo ſcilicet loco relinquitur.

F A B I V S.

En Lector Pleſsij impietatem! Cauſam principem tam nefandæ in Imperio turbæ Deo adſcribit: alteram Palatino ſuo, ſed longè innocentiſsimo, quia Legatione hic ſolenni in Bohemiam accitus, electionem maturâ deliberatione, pro legitima habuit, quia placuit, aliter ſenſurus, ſi alteri tantus honos decretus fuiſſet; quis eſt iſte *titulus putatiuus* Pleſsi? tune aut quiſquam alius in aula Palatina tam ſtupidæ mentis fuiſtis, vt prædam neſciretis prædam? vt raptum æſtimaretis donum? Nulla poteſt eſſe legitima electio, vt ego legitimè electo ſuccedam: nefas fuiſſet ad viduum Regnum principem accerſere præterito hærede: & iuris ſit Regem iam inauctoratũ pellere? Ingenti autem aſtutia fallis, cum ſcribis Cæſarem ob hanc Palatini electionem in contentionem veniſſe, vtrum Bohemiæ Regnum hæreditarium eſſet, an ſecus: quaſi hinc obortum fuiſſet bellum, & pro Libertate tuenda Bohemi ſumpſiſſent arma ſpecioſo titulo. Bellum ortum eſt, mi Pleſsi, non à lite Electionis, ſed à veſania veſtra, Imperium Auſtriacum aſpernante: dignitate Senatores Cæſaris exuiſtis, vt vos indueretis, fidem & nomen eius ſecutos, Regno eieciſtis, & ne vindex ipſe ſcelerum veniret, conſcripto milite iter muniuiſtis, in ipſam Auſtriam infeſta ſigna illaturi: hæc belli origo, non autem tua electionis controuerſa quæſtio. Ferdinando quoque Matthiæ ſucceſſori, nulla cum Bohemis rixa de Electione, ſed de poſſeſsionis iure fuit; electus enim petebat id, quod ex electione ei debebatur, & quia Bohemi fidem fregerant, alterique, quod iam non ipſorum erat, tradiderant, in abnuentes & armatos armatus iuit, ac memorabili clade exemplum ſtatuit, nequaquam ſubiectorum libidine Regna dari, aut auferri. Neque *adhuc ſub iudice lis eſt*, quod ais, an penes vos Caluiniſtas ius Electionis ſit: nam ſi quod habuiſtis, rebellione amiſiſtis, & cum fugiſtis, adeò omnia reliquiſtis, vt precariam habitandi poteſtatem alibi quæratis, inter mendicabula Regiæ electionis immemores. Rectè autem agis, quod *litem* de electione *tuam non vis facere*,

Origo belli Bohemici non niſi à Caluiniſtis.

Digitized by Google

ſacere,ſed neque electionem ipſam,qua regium ſupercilium tuus Princeps induit, veſtram facere debebatis;neque calamitas iam veſtra eſſet, neque exitium.

PLESSIVS.

Hoc tamen ſolum hic lubet inquirere, quid in eo Palatinus peccauerit,quod Cleſelius,& alij Bohemis tumultuãdi occaſionem præbuerint,quod Bohemi propter præſidum iniurias *defecerint, vt ſuperius indicatum eſt, aut quam Palatinus ſuſtinet culpam, quod Conſiliarij & miniſtri Auſtriaci machinationibus molitionibusq́; ſuis cum Hommonay, quem ad Principatum Tranſyluaniæ euectum deſiderabant Principem Bethlemum Gaborium in ſe concitarint, eique quærendis Conſtantinopoli auxilijs anſam dederint? Ex quo arctior poſtea coniunctio cum Hungaris, cæteraque in Hungaria mutationes ſequutæ ſunt.*

FABIVS.

Tertiam belli cauſam,abſoluto Palatino, ordiris, *quam Cardinalis Cleſelius,& præſidum iniuriæ* dederunt. Sed quid omittis Cleſelij enarrare facta tumultuum cientia? cum vos curiam Pragenſem inſano Procerum iactu vacuefeciſtis, atq; ex orco Furias ad ſeditionem concitandã euocaſtis, apud Vngaros per id tẽpus Cardinalis erat, nulla iniuria quemquam irritans,neque prius quid aduerſum vos patrarat,quod armis vindicandum erat: neque Præſides iniuriam fecere, ſed paſsi ſunt: Operam tu quidem vtilem impendiſſes, ſi ſpeciatim iniurias illas explicaſſes:Generatim accuſat,qui cauſę diffidit:alibi dicis,percenſentur: non neſcio: percenſentur iniuriæ,nomine iuſtitiæ debebant: quidquid enim voluntati veſtræ aduerſatur, iniuria eſt; ô quot iam iniurijs obruti eſtis calamitoſi Caluiniſtæ! digni tamen fortunâ, quam ipſi feciſtis.

In Hungaria quoque Conſiliarij Auſtriaci, impulſo ad res nouandas Humanoio, diem turbauêre, eoque metus redegêre Bethlemium,vti Ottomannicam pulſare portam, ſi ſaluus eſſe vellet, neceſſum fuerit. Scilicet Pleſsi Cæſareani Bethlemium ad Turcæ præſidium pepulerint! Si pro officio Beneficiarij Bethlemius Regem ſuum obſeruaſſet,ſi quæ ſubiecti Principis ſunt,Regi præſtitiſſet,neque Turcico auxilio opus erat,neque bello,quo Hungariam impleuit, vt vaſtatæ imperaret vaniſsimo Regis titulo. Quia verò mi Pleſsi,ad hunc locum deuenimus, vt Mundo conſtet, quis Vngariam inquietarit; fare obſecro quàm pacificâ tu Legatione functus ſis apud Septimontanum illum? an non auctor fuiſti, vti vobis Bohemiam occupantibus, Ga-

bor Hungariam infeſtaret, & Cæſaris vires diduceret? tam hebes non ſum, vt credam aliud poſteà à vobis factitatum, quàm conuentum fuerit? Fraternitas hinc & paternitas inter Palatinum & Gaborem nata. neque ſatis Gabori viſum Vngariam Cæſari infeſtam reddere, miſit ſuppetias quoque vobis, amicitiæ calentis adhuc arrham, vobiſcum acie Pragenſi perituras, niſi placuiſſet ſalutis causâ Moldauæ vada tentare, & mortem bibere; digni potu poſt æſtum pugnæ.

P L E S S I V S.

Reliqua verò in Imperio turbæ, poſt cladem Pragenſem æqua pacificatione facilè componi potuiſſent. Nulla enim tum ferè Germaniæ Prouincia extra Palatinatum ad Rhenum belli mala ſenſerat, ſic vt commodiſſimum illud ad ſecuram & perpetuam pacem ſtabiliendam tempus fuerit, maximè quum ex victoria Pragenſi Cæſarea Maieſtas, & belli ſocij egregia conſequuti eſſent commoda. Præclara enim Domini de la Noue in diſcurſibus Militaribus & Politicis cap. vlt. doctrina eſt. quod alterutra belligerantium partium tunc optimè & ſecuriſsimè pacem paciſci poſsit, poſtquam inſignem commoditatem parti aduerſæ eripuit; *de quo & Hanno Carthaginenſis poſt victoriam ad Cannas apud Liuium Decad. 3. lib 3. perbellè inſit.* res bello benè geſtæ, ſi volumus fortunâ vti, pacem nobis æquiorem dabunt. Nam ſi prætermittimus hoc tempus, quo magis dare, quam accipere poſſumus, videri pacem, vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis, ac vana euadat, &c. *Hoc temporis punctum accuratè obſeruauit Marchio Spinola, quum ante paucos annos Regi ſuo pacem cum Batauis perſuaſit, ipſeque inter alios pacificationis tractationi interfuit. Quod ſi Cæſarea Maieſtas illo adhuc tempore, quo Baro Digby Angliæ Regis nomine interpoſitionem obtulit, promittens, Regem ſuum ad conditiones æquas, & conuenientem ſubmiſſionem generum ſuum adductum eſſe, ſuſpenſionem armorum, ſinceram æquabilemque compoſitionem admiſiſſet, tunc ſanè mox ſubſecuta deuaſtatio & depopulatio ſuperioris inferiorisque Palatinatus, vicinarumque regionum, & ſimul tot deteſtanda facinora, homicidia, & incendia facta non fuiſſent. Sed quibus ex cauſis, omnis pacis actio repudiata fuerit, facilè cuiuis liquet ex diu coctis conſiliis & molitionibus, quæ poſtmodum Temporis filia Veritas iuuante Deo in lucem produxit?*

F A B I V S.

Turbatæ Germaniæ culpam, vt video, ſuſtinet Cæſar; poſt Pragenſem victoriam à pace alienus, haud magno conſilio, nam tum opportunitas erat pacis leges pro arbitrio ferre; Quid enim fractus hoſtis obſtreperet? aut abnueret? acceptanda ſunt omnia, perdituris omnia.

Mi

Mi Pleſsi prudentiùs iam ratiocinaris, calamitate eruditus, quàm cùm fortuna, quæ te merſit, falsò blandiebatur. Quæro an vos, cùm cœleſti catenâ aduerſus omnes impetus veſtrum Regem vinctum opinabamini, pacem vnquam Cæſari obtuleritis? Exercitus potius compleuiſtis, & vicinas quoque Prouincias inuaſiſtis, cur Cæſar exemplo veſtro non vteretur? Dein cauſa nulla fuit, cur Cæſar vobis contuſis pacem offerret, præſertim cùm infra Maieſtatem eius ſit, rebellibus dare, quod ipſi tot terris abſtulerant. Et cur vos potiùs, quibus opus erat, non iuiſtis ad aram Clementiæ & pacem popoſciſtis? nobis ſtrato ad Pragam hoſte neceſsitas nulla fuit; neque tamen crudelitas animi à pace nos auertiſſet, ſi quod vobis petendi ingenium fuiſſet. Dices Angliæ Regis Legatus Digbyus pacis conſtituendæ cauſâ inducias à Cæſare poſtulauit, ſed negatæ ſunt; immò verò negatæ non ſunt, niſi nolentibus, immo etiam rumpentibus. Digbyo ad iter accincto & Palatini mentem exſpectanti, ſcribit Palatinus Anno 1621. V. ſtyl. 24. & N. 14. Octobr. Bipontino Heidelbergæ Gubernatori de inducijs pendere ſe animi, iniret ipſe cum ſuis conſilium, & ſi quòd Patriæ ſalutare occurreret, vterentur, eâ tamen lege, vt ne induciæ aliter fierent, quàm reſtituto caſtro Stain, alijſque quibuſdam locis, quod Hiſpanos non facturos haud dubiè ſciebat. Addit deinde, quod vnum ad inducias comparandas facere videbatur, non poſſe ſe, antequam certi quid de factis inducijs intelligat, conquiſitionis & delectus militum intermittendi conſilium expedire. Vide mi Pleſsi auidum pacis in Palatino animum, ac minimè ſtolidum, præter propugnaculorum reſtitutionem, inducias & ferias apud hoſtem quærit, vt interim ille negotiari poſsit, ac Martis opus perficere, cùm futurâ incauti hoſtis clade; Danus quoque Rex, inquies, pacis ſe arbitrum apud Cæſarem profeſſus eſt; profeſſus eſt; & ſerò, & fruſtrà, quia pacem is, pro quo petebatur, nolebat, Gabori & Ottomannicæ militiæ confiſus. Vt mihi Apollo ſis Pleſsi, edicito an vel ſemel animum demiſerit Palatinus, Cæſarique ſupplex fuerit? aut ſi ſupplicis nomen altior ſpiritus horret, an compoſitionem poſtulauerit? ne ſibilus quidem ſoricis auditus eſt, & tamen Cæſar tam immanis eſt, tam humanitatis oblitus, vt non de pace, non de amiſsis Prouincijs Palatino reddendis cogitet? ô crudelitas! volenti perire manus non porrigere! Poſt prælium Pragenſe pacem habuiſſetis Caluiniſtæ, ſi eam ferre potuiſſetis, infortunio ferociores. Ad vaſtandum vtrumque Palatinatum Electorem Bauarum iniuriâ militari traxiſtis; Mansfeldius in ſuperiore copias auxit, vt Bohemiam repeteret; vbi intercluſos aditus aduertit, aliò cogitationem vertit, atque vti tuto profugeret, inſecuturos

Palatinus à pace alienus.

cuturos

cuturos mendacio tenuit; fraude ac fugâ nulli Ducum ſecundus, niſi fortaſsè in altero Pleſsius æquet.

CAPVT VII.

Vnitos bellum, quod dudum antea præpararint in Catholicos, in Conuentu Norico anno 1619. decreuiſſe. Ad huius articuli probationem pag. 203. Compilator Epiſtolam recitat à Volrado Pleſſeno Norimbergæ 27. Nouemb anno 1619. exaratam.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Circa allegatam hanc Epiſtolam Lector quæſo conſideret: primo, tunc temporis fuiſſe exaratam, cum tam Vniti, quam Romano-Catholici copias vtrinque militares in promptu haberent, ac Dux Bauariæ Equitum Peditumque maiores copias ex Vveſtphalia, Moguntinus verò & Treuirenſis Electores Anholtinos pedites, quos tunc conſcriptos eorum Conſiliarij & Officiarij luſtraturi erant, quotidiè præſtolarentur. Qui itaque Pleſſeno vitio vertatur, quod, tali rerum ſtatu & conditione, animi ſui ſenſum priuatis litteris per modum diſcurſus indicauit, quibus nimirum locis, appropinquante præſertim hyeme, Vnitorum milites commodè diſtribui poſſent? Neque vſus hactenus in Imperio obtinuit, vt Principis alicuius Proteſtantis Conſiliarius vel miniſter in eiuſmodi caſibus Romano-Catholicis rerum ſuarum rationem reddere obligatus fuerit. Quod nec à Romano-Catholicorum Conſiliarijs miniſtriſve Proteſtantes vnquam poſtulaſſe meminimus.

FABIVS.

Si quid roboris ingenij, Pleſsio eſt; hîc exerit, de capite decertaturus ſuo: Epiſtolam ſcripſit proſcriptione dignam, proiecturus calamum, ſi vel ſuſpicione Catholicorum oculos timuiſſet. Nunc quia prodita & perdita res eſt, longo verborum ambitu Epiſtolam pudibundam circumuelat, caſſo labore Aſtutum aſtuti intelligunt; & niſi calliditatis artem noſſent, à tanto Magiſtro diſcerent. Non quærimus Pleſsi, quo tu tempore epiſtolam ſcripſeris, ſed quid ſcripſeris; facinus nulla tempora eleuant; ſtant ſua pretia rebus quocunq; momento. Parârit Bauarus Elector maiores copias; coegerit aliàs Moguntinus, armârint ſe alij, inter tot tumultus à Caluiniſtis concitatos; Ergò tibi licuit in Catholicorum terris caſtra metari, & hoſtem fieri, antequam ipſi eſſent?

Digitized by Google

eſſent? Ergò licuit Bohemum in Cæſarem irritare,& Martis artes docere,quibus periret Imperator? Duobus autem ictibus generatim elidere temeritatem tuam conaris Pleſsi,fruſtra. Nam quod Epiſtolam priuatam appellas, ſi chartam ſpectes, fateor: ſi ſcribentem, ſi rem, ſi eum,ad quem data eſt;publica ſunt omnia,& tempori,quod vos turbulentum feciſtis,idonea. Tu Pleſsi à Conſilijs fuiſti Palatino ſeditionum Principi,tu materiam bello paráſti, tu terras excurriſti, tu pacatorum animos inflammaſti, Bellonæ thura cremaſti, & quidem gnauiſsimè tum, cùm plenus curis & moræ omnis impatiens,litteras has exarâſti,vt publicum magis turbaretur. Quis rem, de qua tibi verba, publicâ neſciat? inſtruere armatos,& belli ſcientiâ rudes imbuere, aduerſus Regem ſuum,nihil priuati habet;& is,ad quem ſcripſiſti,Agentium longè primus erat.Quis enim per multos iam annos plus laboris impendit,plus ſudoris fudit,quàm Princeps Anhaltinus,qui velut omnium nuncius Triptolemi curru inſidens, magnam Europæ partem peruagatus eſt,non vt pacem Imperium haberet, ſed vt Imperium haberent Caluiniſtæ,non fuit ergo tua Epiſtola priuata,niſi fortaſſe,ſi ſic loqui licet,iuſtâ virtute, & probo animo. Neque te admodum defendit libertas tua, qua factorum dictorumque tuorum alienæ cenſuræ immunis es;liberum etiam eſt ſicario latibula inſidere, & viantes infeſtare; neque proptereà,qui telis petuntur,innoxij ictus excipiunt; Libeat graſſatori ferrum ſtringere, & perituro non liceat, ita Pleſsi calamus tuus quacunque libertate papyrum pererret,ſi damno,ſi ſanguine noſtro ſcribitur, non interdicimur in te quoque ire, & calamo palàm facere,quid calamo tu tam peſtilenti merueris.

PLESSIVS.

Secundo quod in dicta Epiſtola nullum veſtigium reperiatur, illius inuaſionis, aut violenta oppreſsionis, vel exterminationis finitimorum Clericorum, quam Compilator pag.27.& alibi paſsim venditat.Sed Epiſtola de diſtributione duntaxat.& ſuſtentatione militum Vnitorum verba facit Prorſus vt ipſam Epiſtola litteram vrgere optimo iure liceat.

FABIVS.

Quia parum ipſe fidis Pleſsi his tuorum verborum inſulſis ſtratagematis,rem ipſam flocci æſtimas, quòd nihil ſcriptum abs te fuerit de communi bello:& Eccleſiaſticorum oppreſsione. Sed hoc adeò falſum eſt, vt loco tuo,quia depuduiſti,Epiſtola ipſa, dum aliorum oculis obitur, erubeſcat. inter cætera cum vafritiem doces agendi cum Electore Bauaro, quibuſcunq; demum verbis perſuadendo *neutralita-*

tem, vt vocant, quam facilem obtentu fore crediderας, ſi proximis Bauariæ duobus tribuſque Epiſcopis caueretur, hæc ſcribis: *Si Bauarus ſibi fœdere iunctos duos aut tres dumtaxat Epiſcopos Bauariæ viciniſsimos excipiat, conniuendum exiſtimo, vt cum reliquis libertas ſit: per hunc modum reipſa Bauarus diuelletur ab alijs Archiepiſcopatibus & Epiſcopatibus;* dubium tamen *eſt, an Bauarus perſuaderi poßit*. Quid fateris hic Pleſsi, an non tum à te, quod negas, arma etiam ad Germaniam Catholicam ſubigendam parabantur? nihilne *de oppreßione Eccleſiaſticorum in Epiſtola illa* exitiali ſcripſiſti: ô os! iam pridem patulo rictu inhiabas Epiſcopatibus & omnibus Eccleſiaſticorum fortunis, iam dentes pruriebant & acuebantur, ſolius Bauari timor manus ſacrilegè inuolaturas in aliena, cohibuit: quem rectè ſuſpicabare aliter ſenſurum & facturum. Non igitur tu Conſilium dumtaxat dediſti de ſtatiuis aut hibernis militum veſtrorum in Catholicorum terra deligendis, quamquam & hoc graue & æquitati ac Imperij legibus aduerſum, ſed auiditas veſtra vltra porrigebatur, vt litteris ipſe tuis conuinceris.

PLESSIVS.

Tertio, ſuam tantum ſententiam Pleſſenus, non verò aliquot congregatorum Statuum decretum vel reſolutionem perſcribit. Id quod Compilatori obſeruandum probè fuerat, ne toties ex Epiſtola illa concluderet, inuaſionem Catholicorum in Conuentu Norico Anno 1619. concluſam fuiſſe. Hic enim malitioſus & manifeſtus error eſt. Expreſſe ſiquidem in ipſa Epiſtola pag. 204. habetur: Ordines reſolutionem iſtius puncti (num in Eccleſiaſticorum terris milites diſtribuendi eſſent) Electoris Palatini tanquam Generalis, & Marchionis Onoltzbacchij, Electoris Generalis Vicarij diſquiſitioni reliquiſſe, qui cum Conſiliarijs bellicis & illis, qui Pontificijs aliquanto viciniores eſſent, eâ de re deliberare, & concludere poſſent. Quæ tamen concluſio nec Norimbergæ concepta, nec poſtea vnquam ſecuta eſt. Quin potiùs Legatio Monachium miſſa interuenit: inde Bauarica, finito Herbipolenſi Leguſtratum conuentu, prius expectata reſponſio: ſequuta poſt tranſactio Vlmenſis, quam Moguntina denique excepit: Sic vt ex expeditione Vnitorum bellica, de qua Cõpilator in ſua Cancellaria tot exclamationes congerit, nulli Pontificij, ſiue Clerici ſiue ſæculares Imperij ſtatus ſint, militem, qui illos angeret, in ſuis territorijs viderint.

FABIVS.

Compilator non ex tuis ſolum litteris, ſed alijs quoq; teſtimonijs patefecit Norinbergę decretum in nos bellum auctoribus Caluiniſtis. Comes Solmius Aulæ Palatinæ præfectus 13. Nouemb. Anno 16 9. in litteris ad Anhaltinum hæc inter alia ſcribit: *His diebus magiſtraliter in-*

Sen a-

Senatu tractatum & omnibus viſum, deſperatam eſſe grauaminum compoſitionem, via facti, quod tutiſſimum ſit procedendum. Hæc Germanicè ſatis Pleſſi, vt mirer te non intelligere. Sed tu tuam tantum Epiſtolam, vt innocuam, ſermonemque tuum rerum arcanarum minimè proditorem, propugnas; refers enim in ea dumtaxat Proceres in conuentu, bellum in Eccleſiaſticos (tu pro ſuetâ Caluiniſtis in ſacrum ordinem reuerentia neſcio quæ excrementa appellas) arbitrio Palatini & Ansbachenſis: aliiſque militiæ Caluiniſticæ ductoribus, permiſiſſe: Quod arbitrium, mi Pleſſi, de tempore tantum erat, & opportunitate, nam bellum ipſum conuentui placebat, & ſi id aliundè neſciremus, ex inſolenti illa legatione ad Electorem Bauarum pateret; Mandata enim allata ſunt, non poſtulata: & quidem intolerabili ſuperbiâ, præſcriptum exequendi, quod imperabant, tempus. An tu vis Pleſſi, vt credam tibi non decretum bellum, quod mihi denuntias? Quare *manifeſtus error* non eſt, Pleſſi, quod Compilator ſcripſit, ſed manifeſta eſt tua vanitas, præſertim in parentheſi: cum inquis; *Ordines reſolutionem iſtius puncti (num in Eccleſiaſticorum terris milites diſtribuendi eſſent)* tantum diſceptaſſe, quia in litteris tuis non de locatione ſolum militum, ſed de oppugnandis Eccleſiaſticis ſcripſiſti, quod autem & quando, quomodo fieri deberet, diiudicandi poteſtas Ducibus belli facta eſt. Nec refert nihil ſtatim ab hac ſententia motum, quia color adhuc quærebatur, quem vt inueniretis, Monachium Oratores ablegâſtis: in ſpeciem cauſæ quærendæ belli, repulſæ certi. Igitur audaciam veſtram diſtulit primum Legatio, dein Catholicorum apparatus, ac demum ſpiritus iuſto altiores omninò fregit Electoris Bauari formidabilis exercitus, quem probè ad Vlmæ mœnia ſpectâſtis, trepidaſtiſque. Ergo animis metu labentibus, pax data & accepta; aleæ iactum, ſi vſpiam aliàs, in bello ambiguum timebatis; Parum autem refert, nihil ab exercitu veſtro cladis Catholicorum Prouincijs illatum, illatus iam terror erat, & inſerenda clades, niſi nos credere vis militem à vobis circumduci, ludi cauſa & ad Theatrorum oblectamenta. Nos Catholici ſanguinolenta ſpectacula horremus: ſi vobis exercere hiſtrionicam libet, intra metas veſtras ludos edite.

PLESSIVS

Sub finem Epiſtolæ pag. 212. peruerſè admodum Compilator adducit ſententiam Domini Pleſſeni, qua verendum innuat, ne Statuum nonnulli ſub prætextu eroganda ſua quota pecuniam in ſuos vſus conuerterent, cum proprietatē Gallici ſermonis fortè nō animaduertit, aut ſenſum rectè adſecutus fuit. Nam & verba ſub ſpecie propriæ defenſionis, *quæ tamen de ſubſtantia ſunt, & in ſe-*

parata Herbipolenſi & Moguntinâ Epiſtola verſione habentur, & quorum omiſſio ſenſum non parum mutat, penitus omittit. Verùm ad Gallicum Originale, ad Herbipolenſem illam & Moguntinam verſionem, verumque Epiſtolæ ſenſum publicè hic ſit prouocatio. Senſus ſanè alius non eſt, quam verendum eſſe, ne neruus ſuſtentando Vnitorum formato exercitui deſtinatus non parum decreſceret, ſi fortè Mauritius Landgrauius, vtpote Belgicis finibus propinquus, aut Marchio Culmbacenſis propter Bohemiæ vicinitatem, aut Marchio Badenſis, qui Lotharingios, Burgundios, Auſtriacos attingit, aut denique Ciuitas Argentinenſis, cui Lotharingiam & Galliam verſus vigilandum eſt (quod tabula Vnionis certo quodam modo admittunt) militem pro ſe ipſis conſcribere, poſtea verò ſub propriæ defenſionis ſpecie (*hæc enim verba in verſione ſiue feſtinatione prætèrita, ſiue dolo omiſſa ſunt*) *quotas ſuas retinere vellent. Hæc Compilator odioſè arripit, & vertit, in proprios vſus conuertere, & addit: Quidquid etiam de receſſibus Vnionis futurum, aut quidquid etiam Norinbergæ decretum fuiſſet: Cum tamen in Gallico ferè legatur,* Non obſtant la concluſion, ou le reces, qu'on ſera en ce lieu, &c. *Meritò vt Lector ad miram Compilatoris in vertendo, omittendo, addendo gloſſando audaciam obſtupeſcat. Qui tamen præ ſe fert, ac ſi accuſatos Originalibus ſuis & autographis conuenit.*

F A B I V S.

Quia Pleſsi etiam tuis iniurioſus ſcribendo fuiſti, idcirco in Epiſtolæ tuæ Interpretem arietas, ac linguæ Gallicæ ignorationem obiectas, quaſi quiſpiam benè intelligere poſſet, quæ tu malè ſcripſiſti! nunquam Interpres melior eſſe poteſt, quam ſermo quem vertit. Quid autem Cauſæ fuit, cur Patriâ linguâ non ſcriberes apud Caluiniſtas (cum ſit turpe magis, linguã neſcire paternã) omnia Gallicè; non idiomatis amore, quod aliàs ob elegantiã amari poteſt, ſed ex affectu in Hugonottas, quibus cum Caluiniſtæ Germani vno ab ouo Geneuenſi prognati ſunt. Sed ſiue Gallicè, ſiue Germanicè loquantur, intelliguntur: eiuſdẽ ſemper ad fallendum animi. Omitte aduerſus Interpretem pugnam Pleſsi, contra tuos te defende, cõcitaſti illos non leui offenſa, disertè enim ſcripſiſti metuendum eſſe, ne argenti ſummas communi Vnionis ærario promiſſas ſuæ peræ ingerant; ſi prætextum rei non admodum laudatæ Interpres omiſit, nihil peccauit: ſed tu peccas, cum illum addis, (*ſub propria defenſionis ſpecie*) prudentiùs certè ſiluiſſes. Cur enim, quia Principes, & Vrbs Argentoratum iure pacti pecunias promiſſas Vnioni aſſeruare ad periculi caſum poterant, metus te inceſsit, ne theſaurum arcis ſuis attinerent, *ſub ſpecie*, ſeu prætextu *defenſionis propriæ?* Hæc certè ex antiqua fide Principes non feciſſent. ſed dolo ac damno communis ærarij. itaq; addita à te verba, quę omiſſa ſtomacharis, iniuriam

Hugonottæ & Caluiniſtæ Germani vno ab ouo prognati.

riam Principibus& Argentorato illatam augent. Quæ cum ita ſint, quis non aduertit te criminari Compilatorem, cum inquis, *metuere te, ne Principes pecuniam publico debitam in ſuos proprios vſus conuertant?* Quò enim pertinet tuus timor? ſi retineát defenſionis cauſa, non eſt timori locus, retinent enim iure ſuo & pro bono Vnionis: nam cum partes defenduntur, Vnio ipſa defenditur: Aliud ergo times, & hoc ipſum quod manifeſtis verbis ſignificas, retenturos, eos pecuniã non pro defenſione, ſed *prætextu defenſionis*, quod eſt retinere in proprios vſus, deſine loqui, magis ac magis inuolueris, aliàs multis artibus obrutus.

PLESSIVS

Sed Lector paginam porro 211. inſpiciat, exemplum hinc non alienum viſurus, quo in ſimili audaciâ Compilator deprehenditur. ibi in verſione ſæpe dictæ Epiſtolæ adiunctorum etiam diſcurſuum, ſiue litterarum Arſenis, Pleßis, Guextini. & N. meminit: Trium priorum exprimit nomina, quarti, (qui fuit Dominus de Harancourt, Gubernator Nancei) loco N. ponit, vt antiquum obtinens ſtrenue nõnulla omittat. Nam in altera illa Paxbergi ſiue Herbipoli aut Aſchaffenburgi fabricata verſione ipſum Haraucourtij nomen inuenire eſt; quamuis in illa quoq; verbum Harancourt, ex oſcitantia in legendo in Rannecourt transmutauerint. Hoc itaq; Haraucourtij nomen quo minus Compilator expreſſerit, nobis quidem compertum non eſt, ſed fieri poteſt; vt vel Domini Haraucourtij, vel ipſius Lotharingiæ Ducis offenſam metuerit. Verum nos Lectorem celare nolumus, Domino Pleſſeno, cum Domino Haraucourtio fidam multis annis cum præſcitu Principis vtriuſque interceßiſſe correſpondentiam.

FABIVS.

O quam ingens piaculum à Compilatore admiſſum, quod loco omiſſi nominis litteram N. poſuerit? noluit prodere ſcribentem; cur fecerit omnibus alijs, in promptu cauſa eſt, tibi vni cauillatio, quâ vales; neque te pudet ob vnum hoc N. adeò multa verba profundere? tam longus eſto, quando tua facinora reprehendis, vt æques, quia diu durârunt.

PLESSIVS.

Legationem denique ad Ducem Bauaricum quod attinet, quam non ſolum Vniti; ſed omnes Correſpondentes, quotquot vel ipſi; vel per legatos in conuentu Norico comparuerunt, communi deliberatione habitâ ablegarunt, quamque Compilator noſter mox comminantem & armatam nominare, ac hinc inde in ſua Cancellaria quam odioſißimè adducere non erubeſcit, ex ipſis Pleſſeni litteris ſatis ſuperque videre eſt, illum non libenter talem in ſe Prouinciam ſuſcepiſſe.

Id quod de ipſo teſtabuntur Saxonici Vinarienſes, Luneburgici, Virtembergici, Norici, aliiq; iuxta Archi-Palatinos ad conſultationem Inſtructionis deputati Conſiliarij, quodq; varia tunc monita ſuggeſſerit. Inſtructionem verò, tam in forma, quam in materia aliam praeoptarit. Cum autem & propoſitio Legatorum, & Bauariae Ducis reſponſio publicè typis diuulgata extent, plura de illis addere non eſt opus: proinde Lector ad illas pro arbitrio perluſtrandas remittitur.

FABIVS.

Legatos Norimbergâ ad Electorem Bauarum miſſos, tu Pleſsi defendis, quia tu inter illos fuiſti; armati planè fuiſtis non ferro, ſed verbo; & ferrum denuntiabatis, niſi actutum fieret, quod Caluiniſtici Dij vellent: Tu quidem, vt ab alijs inaudij, modeſtè ſpicula vibrâſti, quæ tamen ſentirentur, alij ferociùs, nulli tamen nocuêre, niſi ſibi, quia telis prodente linguâ in nos intentis quæſitum ſcutum. Quàm ægrè autem legatione hac functus ſis, ſcies ipſe: nā ego, etiamſi mihi dicas, non ſciam: Quòd ſi aliam inſtructionem optâſti, aut illam, quæ à Principibus data fuit, iudicâſti aptam aut ineptam; ſi ineptam, omnem Principum conſeſſum ſuperbè arguis; ſi aptam cur monita ſuggeſsiſti, vt mutaretur? An acerbiorem petijſti. hanc nos talem putauimus, quia reuera erat tota tota truci ſpiritu infarta; eat Lector, quem ablegas, & perluſtret, nec te, nec tuos ſocios inueniet pacatos, qui ſub legatorum ſcemate, feciales fuiſtis.

PLESSIVS.

Circa hanc Epiſtolam Compilator miros ludos facit de Hungaris, qui à Duce Bauariæ in Moldauam ad Pragam tam fortiter præcipitati fuerint (pag. 191. & 207.) Ad quæ bifariam reſpondetur: Et primo quidem, quod non ſolis Bauaris hæc laus tribui poßit: ſed alij etiam pugnæ illi adfuerint. Publicè enim ſtatim obtenta victoria Don Verdugum proclamaſſe conſtat; l'eſt Moy, qui ay mis la couronne de Boheme ſur la teſte l'Empencur: *id eſt, ille Ego ſum, qui capiti Imperatorio Coronā Bohemicam impoſui: Secūdo Lector obſeruet litteras Domini Pleſſeni, integro, ſi tres dūtaxat hebdomadas addas, ferè anno ante cladē Pragenſem ſcriptas, prorſus vt Compilator egregius præteritorum Vates, & elegans ſcilicet Hungarorum ſubſannator ſit. Quod ſi verò Status Hūgarici longioris in Diæta Nouiſoliēſi procraſtinationis loco aliquot equitum & Heiduccorum turmas, quibus in Bohemia equitum & peditum non exiguam manum adiungere potuiſſent, rectà in Bauariam, cuius Dux partem exercitus ſui Vlmis in Sueuia tum oppoſuerat, immiſiſſent, indicare facilè rerum bellicarum, tum Bauariæ vicinæque regionis, & itinerum in illis locis periti poſſent, an non*

tum

Digitized by Google

rum Bauari ad irriſionem non adeò proni futuri, nec Hungari tam citò in Danubium, ac poſtea in Mulda flumen præcipitandi fuiſſent.

FABIVS.

Telum ira miniſtrat Pleſsi; tripudiat Compilator ad Hungarorum pugnâ peremptorum aceruos, Ergò tu Pleſsius non eris, aut peſsimus rebellium conſultor? Bauari Victoriam Pragenſem ſibi ſolis non vendicârunt, neque Verdugo ſolus vendicabit, quia plures gladij emicuêre in illo fatali vobis prælio; Modi quidam loquendi vulgo vſurpantur, qui, quod vni tribuunt, alijs non derogant, & vnus ſubinde feciſſe dicitur, quod vnus inter vniuerſos, qui fecêre, fuerit. Neque *Compilator Hungarorum ſubſannator* eſt, vt tu loqueris, quia enim tu ſcripſiſti, *Hungaros ab Electore Bauaro admodum timeri*, addidit Compilator, *id experimento compertum, cùm Bauarus eos per decliuia Montis ruentes in Moldauam flumen præcipitauit*. Hic totus eius triumphus, quem auxiſſent ſine dubio Vngari, quos tu cunctationis accerſis: Nam ſi ſolutis Nouiſolij Comitijs feſtinaſſent, longè alias choreas inſtituiſſent, & ſpectâſſent potiùs ſaltantes Bauaros. Sed mi vir per id tempus tam nuda præſidijs Bauaria non erat, vti tu reris, etiamſi Elector tum in Sueuiâ veſtris caſtris ſua caſtra contulerit. Vnum fecit, alterum non omiſit; qui bellum gerit, bellum exſpectat; tempus docuiſſet euêtum; Alioqui tam potabilis eſt Danubij, quam Moldauæ vnda, vtraque ſitim extinguit.

PLESSIVS.

Hoc loco monendus eſt beneuolus Lector, ſæpe dictam Domini Pleſſeni Epiſtolam 27. Nouembr. Anno 1619. ſcriptam, etiam ante diuulgationem Bauaricæ Cancellariæ, quam citiſſimè Monachio Herbipolim, Aſchaffenburgum, Moguntiacum, & Darmſtadium tranſmiſſam, illiſque locis ex eo mirè tripudiatum, varijſque ſermonibus materiam ſuppeditatam fuiſſe. Non aliter, ac ſi neſcio quæ ſecreta, vel potiùs non monſtra in illa reperiſſent. Immo Paxbergi, hoc eſt, ſiue Herbipoli, ſiue Moguntiaci, hoc etiam egerunt, in illo calore victoriæ Pragenſis, & blandâ imaginatione, ac ſi iam de Palatinis conclamatum, & nulla ipſis ſpes ampliùs emergendi eſſet, vt ſæpe Domini Pleſſeni Epiſtolam præfixo ſatis iniurioſo titulo vel frontiſpicio in publicam lucem diuulgauerint, ac ſparſerint. Sed omnino nobis perſuademus, cunctos qui Pleſſenum benè norunt, cuiuſcunque etiam illi religionis ſint, longè aliter de ipſo iudicaturos, ſenſuros ac locuturos eſſe, ac inuentores & auctores prædicti ignominioſi tituli factum.

RADIVS.

FABIVS.

Diem feſtum inſtitutum eſſe, iubilumque celebratum ob Epiſtolam tuam repertam & circumlatam Paxbergij aut Darmſtadij nullus memini; exariſſe potiùs legentium animos iudico ad tam perfida & exitioſa Reipubl. conſilia tua:& tu lætitiam etiam ex memoria rerum bene geſtarum natam carpis? patere quæſo nos viciſsim victoriæ gaudia ſentire; vos ante bellum triumphos ceciniſtis, & in proſtratos inſultâſtis, antequam caderemus. Ante biennium autem, cùm apud Wiſlochium ob improuiſam ſimulati amici hoſtilitatem, minùs ſecunda nobis dimicatio fuit, ingens fama & mendacijs alata per omnes oras iens, ſimilem Cannenſi cladem nunciauit. Strepere nonnullis locis æra campana, reſonare per Caluiniſtica fana vlulatus, circumcurſare plebs, gratulari, lætos dies agitare, ac præſertim Britannia non modico affuſa eſt gaudio, ſed quod heu, breue fuit, & acerbitate mox inſequentis nuntij confuſum. Nam non ita multo poſt magnâ pugnâ victus Durlachius elatos, fortunulâ animos magno luctu rurſus afflixit, deiecitque.

Redeamus ad tuam Epiſtolam Pleſsi, aut potiùs ad *iniurioſam*, vt lamentaris, *eius titulum.* Quis fuit hic *titulus?* ecquid omittis? Lectoris fuiſſet de eius æquitate, aut iniquitate iudicare, ſi per te legere licuiſſet, video te in eo probitatem oſtentare; melliflua verba profundere, pacem promittere, animum verò ſubdolum, mendacem, liuidum, bellãtem. Titulus certè non errat; tu erraſti, ne titulus erraret, fruſtraque probitatis tuæ teſtes iactas; ſi ij Catholici, aut Lutherani fuerint, nihil teſtabuntur, ſi Caluiniſtici, nihil credetur.

PLESSIVS.

Si etiam Haslangus, Bauaricus militiæ Præfectus, nunc viueret, ſine dubio mendacij ruborem iſtis hominibus expreſſurus eſſet. Quum enim ille ad Glattauum ab Hungaris captus, & in caſtra Bohemorum, quæ Rokizanytum erant, adductus fuiſſet, Pleſſenus ſanè, qui ibidem tunc temporis morabatur, nec minus quam cæteri Conſiliarij & Officiarij, erga illum, licet ignotum nihil Officij aut humanitatis prætermiſit, atque illud quidem tam per termine di Corteſia & per debito di Caualiere *(liceat hæc Italicè efferre) quam humillimè erga ſereniſsimum Bauariæ Ducem reſpectus ergo, qui pro ipſo intercedens petierat, vt ſub verbo fidei tutus ipſi ad ſe reditus permitteretur, donec valetudinem ſuam curaſſet diligentiùs. Quibus quidem petitis haud ſatisfieri tunc temporis, nec ipſe etiam Præfectus, qui vt ab Hungaris pecunia ſe redimere, ac in Regni captiuitate permanere poſſet, ardentiùs in dies poſtulabat, voti compos reddi poterat, quam-*

quamuis Regis miniſtri nihil magis voluerint, quod Generalis Vngaricarum copiarum Dux Bornemiſſa Domino ſuo, Principi Tranſyluaniæ, captum à ſe Haſlangium perſcripſiſſe à ſe diceret; Ideo ex hac cauſa Principe ſuo inſcio è manibus dimittere Religioni duceret. Cæterum omnia humanitatis officia dicto Præfecto præſtita ſunt: Rex in Conclaue accerſitum clementiſſimè compellauit, Conſiliarij, Officiarij & Miniſtri Regis complures alij, captiuum omni honore & beneuolentia complexi ſunt. Venerat ille in Caſtra miſer, & ab Hungaris pecuniâ, veſtibus, ac neceſſarijs rebus omnibus ſpoliatus. Quare & his quoque ipſi, quantum potuit, ſubuentum eſt, adeo vt ipſe Haslangus Rokizanio ad caſtra Bauarorum formalia hæc verba ſcribere haud dubitarit: Hic ego tamquam Legatus habeor! *Sic itidem, cum minus commodè valeret, ac Vngarorum militarem & Caſtrenſem victum (communi enim hypocauſto, vbi ex cepis & allio graueolentia moleſta erat, vti cogebatur) valetudini ſuæ ſentiret contrarium, curatum fuit, vt ex Regis culina quotidie aliquot ad eum lautiora, ſaniora & iucundiora fercula tranſmitterentur: Doctori autem Rumphio Archiatro exactior ægroti cura demandata eſt. Qui ſanè officio ſuo adeò non defuit, vt Haſlangus (mox enim ad Rakonizium vitam cum morte commutauit) accepti beneficij memor, 100. ei Ducatos legârit. Hæc humanitatis officia, iuxta alios, etiam Pleſſenus, captiuo, vt præcipuo intimoque Conſiliario & Præfecto Bauarico præſtitit, haud mehercle certus, ſi fortè & ipſe tum in ſimile cum Haslangio infortunium incidiſſet, an in Caſtris Bauaricis eadem humanitas ſibi exſpectanda fuiſſet. Poſtquam verò Pleſſenus ex Bohemia in Palatinatum reuerſus eſt, præter ſpem auditu longè fuit illi acerbiſſimum, ſuam illam Epiſtolam gratiarum actionis loco Monachio Herbipolim, Aſchaffenburgum, Moguntiacum, & Darmſtadium, quo ſcilicet Pleſſenus in ſuſpicionem & odium omnium incurreret, tranſmiſſam, quæ & ipſa mox conuerſa, (melius quid & ſenſui Originali congruè magis) ac Paxburgij alioue anonymo in loco ſub ficto falſoue titulo edita, perque totum orbem ſparſa eſt. An talia itaque humanitatis & Chriſtianæ commiſerationis officia, qualia Domino Haslangio, quamuis Romanenſi zelotæ & hoſti Euangelicorum acerrimo, tunc captiuo, fuêre præſtita, è tam peruerſo corde: ſicuti Pleſſeno, cæteriſque ſidei ſuæ confeſſionem amplexis, contra honeſtatem, ius faſque publicis typis adfingitur, fluere ſuamque originem & ſcaturiginem habere potuerint, verus ſincerusque quilibet Chriſtianus, cuiuſcunque etiam ille Religionis ſit, haud difficulter colliget. Namque Chriſtus τὸ τῆς ἀληθείας νόμισ Matt. 7. v. 18. ipſe inquit:* Non poteſt arbor mala bonos fructus producere; *Et rurſus verſ. 44.* Vnaquæque arbor de fructu ſuo cognoſcitur. *Et rurſus verſ. 45.* Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo, de malo theſauro profert malum.

FABIVS.

Quia viuos teſtes Pleſsius ambiguos ſuſpicatur, mortuos appellat, quieſcenteſque Haſlangi, viri vt belli peritiſsimi, ita veritatis amantiſsimi manes inuocat: Producatur ergo Haſlangius in ſcenam, ô quam longo prologo denarrabit Pleſsij humanitatem! ſed breui Epilogo gratias aget, quia vt omnia ei praſtiteris Pleſsi, captiuitate certè non liberaſti, quod vnicum fuiſſet ægro & Morituro beneficium. Neque preces valuêre Principis Electoris valetudinem Haſlangi miſerantis, & poſtulantis, tantiſper cuſtodiæ eximi, donec reualeſceret. Quid me Epulæ Regiæ delectent, & amariores potiones Medicæ inter vincula? Non fare, quod hominis eſt Pleſsi, ſed face, & me dimitte: viliùs eſurio, & dulciùs pharmaca bibo alibi: feciſſem dices, ſi facultas fuiſſet; Hungari immites miſerationi obſtitêre, laudo voluntatẽ tuam, laudaſſem magis expertus: Cætera in ærumnoſum ſenem officia, quæ iactas, commendo & ipſe, atque etiam nobilitatis tuæ agnoſco indolem: perge in hoc laudato piorum operum tramite, ventes ad ſecuriorem vitæ viam, quam tibi opto, & ſi vis, ductorem offero, ſi tamen Caluiniſta duci poteſt; ducere ſolet. Recreaſti me ſacris litteris Pleſsi, quibus te bonum virum probare laboras. Permitte autem mihi, vt ex tuis effatis te talem euincam, logica arte: *Si Pleſsius mala arbor eſſet* (vti à Paxbergenſibus contumelioſè laceratur) *non produceret fructus bonos: at produxit fructus bonos*, quando Haſlangi capti & morbidi ſedulam curam ſubiit, *Ergo non eſt arbor mala*. Conſequentia bella eſt, Pleſsi, ſed & mea tibi arrideat. *Si Pleſsius bona arbor eſſet, bonos fructus produceret, at non produxit fructus bonos: Ergo bona arbor non eſt*. Tu Pleſsi aſſumptum tuum, vno eoque leui beneficio in Haſlangum ſupremum in exercitu Vigiliarum præfectum collato oſtendis: Ego verò meum aſſumptum multò pluribus exemplis demonſtro: Nam præterquam quod plures peſtilenti calamo ad rebellionem incitaris, quod noxia Reipublicæ conſilia ſuggeſſeris, quod perniciosas in publicum legationes obieris, hæc ſola Epiſtola, quam nullo verborum lenocinio mollire potes, argumento eſt, te peſsimos fructus edidiſſe. Qui ergo me Iudicem eſſe vis, & fructus ſeu actiones tuas pro tuæ Innocentiæ argumento adfers, nil vltra poſtulo: iam te noui.

PLESSIVS.

Ex quibus omnibus perſpicuum eſt, Pleſſenum, qui Religioni Euangelicæ addictus, præcipuo Imperij Principi Euangelico è fidis per plures annos officijs fuit,

fuit, ac cum nemine hactenus, ſiue ſublimioris, ſiue humilioris conditionis homine quidquam inimicitiarum aluit, grauiſsimas habere cauſas ad animum reuocandi, quod nunc primum inconſideratiſsima illa, contraque omnem honeſtatem ſparſa falſiſsima inſcriptione & famoſo titulo bona ipſius exiſtimatio læſa fuit. Quocirca etiam minimè præteriri poteſt: ſed æquiſsimo iure licet, ac permiſſum eſt, vt in citatæ inſcriptionis & frontiſpicij efformatores, quicunque illi tandem, ſiue Herbipoli, ſiue Aſchaffenburgi, ſiue Moguntici, ſiue alijs in locis ſint, omnia, quæ inibi de liuido corde & mendaci Caluiniſtarum ore in contemptum & iniuriam Domini Pleſſeni effutiuntur, publicè hic retorqueantur, perque mendaciſsimum eorum iugulum tamdiu remittantur, donec Pleſſenum alius rei, quam quæ honeſtatis ſtudioſum verbiſque & promiſsis veracem Nobilem deceat, firmis rationibus conuicerint: quod in æternum laboraturis illis nunquam licebit, &c.

FABIVS.

Loquere, ſcribe Pleſsi quodcunque iratæ menti occurſat, blandus ore, blandus moribus, interim hoſtilia contra nos meditatus, hoſtilia egiſti; in aperto ſunt omnia: & licet inter deterrimos non fueris, inter bonos tamen numerari non potes, quia in ijs non inueniris: Inimicitias ſi non cum tuis, cum vera Religione, cum veræ Religionis cultoribus geſsiſti, machinaturus vtrique interitum, ſi ſors audaciæ fauiſſet. Quod titulum illum, quem tua patientia acriorem in aduerſarium regeris, fruſtra es: *debetur iugulo tale monile tuo*: & tibi eum non tribuere, vt reciperent, neque viris antiquæ virtutis conuenit, conuenit tibi, & alijs concitatoribus belli, qui corde Martem alunt, pacem verbis mentiuntur, non leui nobilitatis ſuæ infamiâ.

PLESSIVS.

Hoc loco illud quoque adhuc monendum eſt, à Compilatore Pleſſenum (pag. 202.) tanquam vnum ex præcipuis conſultoribus, inſtigatoribus & auctoribus negotij Bohemici indigitari, iterumque pag. 37. in ſecundo membro, ac ſi vnà cum D. Camerario alijſve, quamplurimos in Vnionis fœdus implicare ſtuduerit publicâ inſimulatione onerari. Quibus reſpondetur, Pleſſeno nullam in hiſce directionem, neque eundem impulſorem extitiſſe, quum nunquam tractationibus cum Bohemiæ Statibus & Sabaudo adhibitus fuerit. Nec etiam cum Rege VValdſaxium, Pragam, aut in Morauiam, Sileſiamue ad homagij præſtationem profectus, ſed ſecundum ſubiectiſsimam petitionem ſuam per integram hyemem ad Maium vſque Anni 1620. Heidelbergæ relictus, ac tum demum Pragam accerſitus fuit.

FABIVS.

Virgo charta non eſt tam pura, quam Pleſsius meus: omnia fecit, omnia negat, omnia deierat. In Bohemiam non iuit, vt faces ſpargeret, neque ad Allobroges profectus eſt, vt terræ illius Principem ad arma concitaret: nil alibi mouit, nullius turbæ auctor: Eadem ſi rogaretur Camerarij eſſet confeſsio, eadem aliorum. Ita, quia res malè cecidit, Nemo ſuaſit; Si ad votum eueniſſet, Nemo non auctor fuiſſet; ita mortales conſueſcimus: in aduerſis nec noſtra Conſilia cognoſcimus, in proſperis aliena arrogamus. Si nihil in Cancellaria, ſi nihil alibi Pleſſianum legerem, ſi legationem Tranſyluanicam neſcirem, ſi denique Heidelbergenſis Conſiliarius non fuiſſes Pleſsi, meliùs de te ſentirem: nunc mihi non impero, vt cogitem eum bonum eſſe, qui mala ſcripſit, mala egit, & mali Senatus aſſeſſor fuit.

PLESSIVS.

Quæ non ideò recenſentur, vt illi, qui in Bohemia, & Sileſia Regi adfuerunt, aut eo Dominum concomitati ſunt, grauentur, quum, & illi ipſi, vt ſuperius deductum, facilè bonis omnibus ſe ſint probaturi, ſed quod hæc circa Pleſſeni perſonam in ipſo facto & rei veritate ita contigerint. Quin quod etiam paucis Vnitorum conuentibus, vti notum eſt, Pleſſenus interfuit, neque vnquam, ſiue ſolus, ſiue vna cum D. Camerario aliusue, vt quem ſuam ad nomen Vnioni dandum perſuaderet, adhibitus fuit: quamquam Vniones per ſe licita, nec à Rudolpho, nec à Matthia Impp. improbata fuerit. Adeò vt in hoc quoque articulo Compilator Pleſſeno grauem iniuriam faciat, quum ob implicationem illam ſtilo acutiori inſontem perfodit.

FABIVS.

Non admodùm ſapienter Pleſsi hæc apud acutiores effundis: ſi enim te innocentem æſtimas, quod, quæ denarrâſti, non feceris, quomodo illi, qui fecêre, innoxij erunt? & tamen tu iſta non recenſes, vt eos graues: Mihi verò grauiſsimè accideret, ſi de me referrentur, quæ alij ſibi probro ducerent, & facta ab ſe, tantoperè pernegarent. Quod te à conuentibus Vnitorum abſtraxeris, calliditatis tuæ fuit; arbitratus es incertitudinem rerum ab euentu, aut laudi, aut dedecori eſſe, hoc nolebas, prius exſpectare periculoſum videbatur. Intereà muneri tuo ſatis à te factum putâſti; ſi Conſilia in arcano proponeres, quæ alij ſecundi ſucceſſus ſecuri, publicè exequerentur.

PLESSIVS.

In dicta Epiſtola pag. 207. Anhaltinum Principem Compilator ex mero adfectu

ad fectu & rancore pungit. Nam & hac verba: Bauaria Ducem ad propriam ſuam ſecuritatem, populorum, dominiorum, prouentuumque ſuarum conſeruationem reſpicere; (quod ſanè prouidi ac prudentis principis eſt encomium) ſine reprehenſione tranſmittere non poteſt, addita inſuper hac mordaci parentheſi (Anhaltinus & illius Aſſeclæ vero ad peregrinas Prouincias & Regna) *Verum & Princeps Anhaltinus ſuo tempore contra illas calumnias defenſionem paratam habebit. Et nos nihilominus obiter, & in tranſitu intactum relinquere non poſſumus: durante illo quondam contra Truchſeſium Colonienſi bello, hoc imprimis Monachij tum actum fuiſſe, quo præcipua quædam loca, & antiqua Archiepiſcopatus Coloniẽſis pertinentiæ Domui Bauaricæ appropriari, & in perpetuum incorporari poſſent. An verò hoc ipſum ad alienas prouincias animum adijcere non ſit, an idem fundationi, legibus & priuilegijs dicti Epiſcopatus & Ordinum Prouincialium Colonienſium ſit conſentaneum, quilibet, qui affectu caret, iudicet. Ac nouit ſimul Compilator illa, quæ modo relata ſunt, Bauaricis Originalibus autographis in authentica forma comprobari poſſe.*

FABIVS.

Ne Pleſsius ſua tantùm agere videatur, etiam ſubſidio venit famę Anhaltinæ laboranti, ob concupitas alienas Prouincias & Regna. Sed quomodo hanc maculam eluit? *Princeps Anhaltinus ſuo tempore contra illas calumnias defenſionem paratam habebit.* Quo tempore Pleſsi? hoc pręſens defenſionem exigit; hoc tempore, ſi potes, patronum age, & cauſam perora: Negabiſne vos alienas Prouincias appetijſſe, imò adeò occupaſſe? ſupererant cupiditati tam immani aliæ adhuc Prouinciæ, quas iã abliguriuiſſetis, niſi hiatui ferrum ingeſtum cœnam diſtuliſſet. Rumor fuit, in comitatu Legatorum ad Electorem Bauarum miſſorum Anno 1619. fuiſſe quendam procacis linguæ hominem, qui in digreſſu, cùm reſponſum Principis diſpliceret, auſus fuerit hæc iacere; *Dominus meus tot filios filiaſque ſuſcepit, neceſſe eſt me Hercle vt etiam prouincias* (Epiſcopatus intelligebat) *habeat, quibus tantam prolem imponat.* Bella ratio, aut non gigne quiſquis es, aut genitos ale, ſed de tuo. Enimuerò ſiue ſe iſta hunc in modum, ſeu ſecus habuerint, non ignoratur Anhaltinum ad aliorum fortunas anhelâſſe, ſuas amiſiſſe. Ne autem ſoli Anhaltino cupiditas crimini verteretur, in ſocietatem cupidorum Dux Bauariæ accerſitur. Eius enim in ſenatu olim actum de parte Colonienſis Prouinciæ Domui Bauaricæ vendicandâ, & in perpetuum addicendâ. Quo me hoc loco vertam? quid cauſæ temeritati prætendam? manus magna, ſignum magnum, magni Principis mihi impedimento eſt. Scilicet, mi Pleſsi, nec manum, nec ſignum oſtẽdi volo, ſed verba, manu & ſigno firmata. Bellum tum gerebatur funeſtum, inter cæ- *Dux Bauariæ iniquè à Pleſſio accuſatus.*

Digitized by Google

tera etiam Conſilio Heidelbergenſi ſuſceptum. Nobiliſsimus Archiepiſcopatus Catholicis rapiebatur à transfuga. Obſtiterat cum Hiſpano Bauarus magnâ mole belli & impenſâ, quam quomodo reciperet, conſultare poterat,& hanc aut illam hypothecam deſtinare,aut etiam partem terræ emere, quam ob belli ſumptus in ſolutum acciperet, ne electrix illa mitra ſemper deberet, Bauarus ſemper crederet. Nemo enim ſuis ſtipendijs alteri militat. Quocirca omitte de iniuſta & perpetua terræ occupatione diſſerere,nemo Monachij de ea diſſeruit; Miſerè certè te armatum oſtendis,qui mendacio te defendis.

CAPVT VIII.

Electorem Palatinum cum Bohemis & Confœderatis alijs mediante Principe Tranſyluania Turcarum Imperatori Tributarios ſeſe reddere, eundemque in Imperium Romanum attrahere voluiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

VT paucis ad falſam hanc accuſationem reſpondeatur, Lector, quæſo, quo de ipsâ rei veritate certior fiat, Inſtructionem perluſtret, quæ Ioanni à Cöllen, Regis, Statuum Bohemicorum, Incorporatarum & Confœderatarum Prouinciarum Conſtantinopolim legato, data fuit. In illa nihil reperiet de tributo vllo, nihil quod in Romani Imperij perniciem vergat, aut quod rationi & conſuetudini, quam cæterorum Regum & Principum Chriſtianorum Legati ad portam Otthomannicam ſequi ſolent, contrarium ſit. Et Inſtructionis quidem illius formulam in fine libelli, qui proſcriptionis ſpeculum inſcribitur, inter additamenta inſpicere licet, Num. 18. Ac Lector quidem, quã omni omninò fundamento deſtituta ſit hac accuſatio, vel manibus, quod aiunt, palpare poteſt, ſi articulos Confœderationis, inter Principem Tranſyluaniæ ab vna, & Bohemos ac conſortes, ab altera parte inita, publicè Proteſtantes, percurrerit. In illis enim inueniet, iam dicto Principi à Bohemicis, Morauicis, & Sileſiacis Ordinibus vltra conſueta ſubſidia adhuc 50000. thalerorum millia in ſupplementum pro tuendis & defendendis contra Turcas in Vngaricis finibus erectis propugnaculis promiſſa fuiſſe. Hoc igitur pacto an Turca in Romanum Imperium attrahantur, cuiuſque liberum eſto iudicium.

FABIVS.

Tam obtuſo ingenio non ſum Pleſsi, vt tuæ me artes fallant. laboras ipſe erubeſcentiâ vrgente, vti à te & tuis amicitiam Turcicam

Chriſtianis

Chriſtianis pudendam amoliaris; laboras inquam, ſed abſque operæ pretio; nam etſi in illa tuá laudata & publica inſtructione nihil ſit magnopere ſugillandum, fuit tamen aliquid haud dubiè in recondita aliqua, & ſoli Legato nota; fuit etiam quidpiam verbis mandatum, quod verbis apud Turcam proponeretur: Noui conſuetudinem veſtram & verſutiam toties edoctus. Si nil legimus, multum vidimus, imò malis ingentibus experti ſumus; ille enim Dacus, cui tu armatam veſaniam Legatus ſuaſiſti, Turcas non ſollicitauit ſolùm, ſed etiam magnam manum ex præſidijs Hungariæ collectam in Morauiæ vaſtationem, atque adeò in exitium noſtrum adduxit. Vt de Turnio Chriſtianitatis peſte ſileam, qui tanto tempore Mahumetis nomen & numen Conſtantinopoli obteſtans, ad noſtrum ſanguinem hauriendum immanes illos & recutitos hoſtes, ad communem Patriam perdendam inuitauit. Proditi eſtis mi Pleſſi, & quidem à vobis ipſis: Tu in me ferro impetum facis, atque etiam trucidas, & interim inauditâ impudentiâ vociferaris, nihil operæ tibi cum ferro eſſe? horrere te arma? Similis amentia omnes rebelles Caluiniſtas occupat, negârunt Turcarum ſe præſidia quærere, & dum negant, copijs illorum eiuſdem Baptiſmi & nominis conſortes, crudelem in modum mactant. Heidelbergenſes, decurrat Lector, Conſultationes nuper editas, & reperiet huius ſæuitiæ quaſi conceſſæ, argumenta Turcico ſcriptore digna. Quid fuit in cauſſi immunes culpâ eſtis, cur ad Turcam Oratores ablegaretis? veſtrumne eſt, cõtra ſanctiones Imperij, ſpreto Cæſare, aut fœdera, aut amicitiam Turcicam ambire? Imperatoris eſt, pro bono Imperij fœdera icere, aut bello violata iura defendere, aduerſus Germaniæ hoſtes. Caluiniſta priuatum nomen eſt, & precario beneficio toleratum; nec decet fortunam eius ſupercilium tollere, & partes Domini agere, cùm vix ſerui loco ſit. Vniuerſim verò nefas eſt omnibus, alterius ſceptro obſtrictis, ſociam apud exteros opem aut fauorem quærere, niſi ſupremus Princeps annuat. Qui hoſti meo blanditur, amicus meus eſſe non poteſt. Exeat à domo mea, cui alibi Dominus eſt.

Caluiniſta Turcicam amicitiam ſollicitarunt.

Imperatoris eſt pro bono Imperij fœdera icere.

At tu, vt effugias infamem ſuſpicionem, etiam mihi prouidentiam tuorum erga Hungarica præſidia decantas. Ad vim Turcicam ab ijs auertẽdam promiſſa ſunt à tuis quinquaginta millia: Prôh quantus theſaurus! vix pro iuſto milite merendam emeres; Sed libertatem tuam æſtimemus, non quanta fuerit, ſed quo pertinuerit. Turcam vt Amicum non timebatis, ſed Cæſarem Ferdinandum; contra quem caſtra illa firmada erant: vt vbique excluſus vel pacem, quam velletis, iniret, vel à ſuis Regnis abiret. Atque hoc modo haud dubiè *Turca in imperium*, vt loqueris, *attrahitur*, quando Cæſari obſepta omnia videt, ſibi aperta,

aperta, nam vos eum non vocâſtis, vt obſeratis portis, vobis aûxiliatum veniret.

PLESSIVS.

Eadem falſitate illa quoque Compilatoris narratio de Principe Iuniore, Stephano Bethlen ab Iſtar, Principis Tranſyluaniæ Patrueli nititur, cuius particula decerpta eſt ex ſcheda illa nugatoria, quæ ſub titulo Veredarij publicis typis diuulgata fuit. Iunior quippe ille Princeps duodecim tunc annorum, duobus tantum cum præceptoribus, tribus vel quatuor ad ſummum miniſtris, qui pleriq; ſtudioſi Theologiæ erant, Heidelbergam miſſus eſt, vbi temporis aliquantum moraretur, Inde in Galliam & Italiam profecturus, ſicuti etiam ad illud iter iam omnia præparata fuerant. Aſt verò Politica negotia illa, vel correſpondentiam per eundem, cuius ætas minor erat, quam vt tantis rebus eſſet idonea, vel per miniſtros, quos ab ijſdem contraria profeſſio auocabat, fuiſſe tractata, ſimpliciter negatur, ac proinde Compilatori probandi onus incumbit. Parem fidem meretur narratio, quod idem ipſe Princeps Francofurtum vna iuerit, ibidemq; Conſiliis Electionem concernentibus ab Archipalatinis Conſiliarijs fuerit adhibitus. Siquidem illi Archipalatini diuertebantur, honeſti inſuper, qui ijſdem aderant nobiles, alijque ἀξιόπιστοι plures teſtimonium præbere poſſunt, iuniorem illum Principem in diuerſorio Archipalatino nunquam viſum, Francofurti vltra biduum non ſubſtitiſſe. Sed ſimul ac ad reuerentiam Maieſtati Cæſareæ exhibendam fuiſſet admiſſus, Marpurgum, luſtrandæ illius Vniuerſitatis ergo, diſceſſiſſe.

FABIVS.

Sciebam aſtutiorem te Pleſsi, quàm vt fatereris fixiſſe communis negotij cauſa ſedem apud vos ad tempus Iuniorem Bethlemium. Quid egiſſet puer dices? egit, quod iuſſus erat, obſidem quaſi amicitiæ contractæ, & augendi, Palatinum inter & Septimontanum fauoris: Reliquum alij dati iuuentæ Rectores, quos tu *Præceptores* appellas, tractarunt. At hi *Theologi fuêre*; non ignarus ſum moris veſtri, ſicut neque huius, veſtros Theologos Deo Marti dicatos, ferrea dogmata diſcere & docere. Et quid ſi obtendiſſent litterarum ſtudium, vt armorum exercerent? etiam ſub plicatâ veſte Theologiæ veſtratis ſica pendere poteſt, & ſolemne vobis eſt, alios videri, alios eſſe. Quod ſi puer ille Bethlemius *Francofurti diuerſorium veſtrum* vitauit, aliena aſtutia fecit, ne neceſsitudinem nimiam proderet; Interim officij cauſa Præceptoribus ipſius vos inuiſentibus peſſulum nullum abditum fuit. Nôſſe omnia debebant, vt Seniori Bethlemio ſignificarent omnia.

CAPVT

CAPVT IX.

Solide demonſtratum eſſe, in Bohemia non Religionis, ſed Regionis negotium actum fuiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

Pag. 32. verſ. In maſsen eben, &c. *in ſecundo membro principali, eadem fere verba reperias. Verùm ſcire auemus, quomodo, quando, aut de quo, hoc ex fundamento demonſtratum ſit. Nam in Bauarico-Anhaltina Cancellaria, nulla talis demonſtratio fundamentalis reperitur; ſed contrarium potiùs, & rei veritas ex ſequentibus pateſcit. Primo, quod quatuor articulorum à Duce Bauaria Herbipoli Romano-Catholicis Anno 1620. congregatis Statibus ad deliberandum propoſitorum, primum illum fuiſſe, fidelis relatio memorarit; cum metuendum ſit, ne Regno Bohemico Catholicis erepto tota Romano-Catholicorum in Imperio res ingens decrementum & detrimentum acceptura eſſet, an, qui, quoue pacto, aut quouſque Bohemici negotij cura Catholicis ſit ſuſcipienda? Quod in litteris etiam D. Vvilhelmi Iocheri, quas eodem tempore ad D. Camerarium dedit, aliquatenus innuitur. Vnde euidentiſsimum eſt, Romanenſibus hunc finem ſemper fuiſſe propoſitum, ac etiamnum propoſitum eſſe, quomodo Religionem ſuam in Bohemia, Bohemiam verò in obedientia Sedis Romanæ retineant, atque illos hic omninò religionem ſpectaſſe: cauſa verò iuſta an iniuſta eſſet, nullam vnquam in Conſiderationem veniſſe.*

FABIVS.

Scitiſsimus mortalium es Pleſsi, vt perſuadeas Lectori vos in Bohemia non ob Regionem, quam Cæſari detractam volebatis, ſed ob Religionem tumultuatos: nos teſtes compellas; Elector enim Bauarus celebratum Herbipoli conuentum inter cætera adiuuandi Cæſaris argumenta monuit; Religionem per Bohemiam cæteraſque rebellantes Prouincias in ancipiti ſtare, & ruituram quoque, ſi Caluiniſtis hæc rapiendi libido impunis ſit. Verè & vatidicè Princeps. Quid tutè inde deducis? An quia *Religio* nobis curæ fuit, vos ideo *Regionis* amor non traxit? quam bellè nugaris Pleſsi. Tu me armis prouocas, ex ſola animi tui libidine. Cum ego proteſter, me nominis mei defendendi cauſa comparere, potes tu dicere, tibi duellum hoc ortum ex defenſione? mihi hic finis fuit, te dirus & leuis animus exſtimulauit. Nos ad arma vos volaſſe diximus, partim tædio Domini, tædio obedientiæ, tædio iuſtæ libertatis; partim cupidine alienæ Prouinciæ, cupidine diademaltis, pa-

Et Regionis & Religionis ergo Bohemia à Caluiniſtis tentata.

N

tis, parituri luctus: neque enim Palatinus Euangelij ſui cauſa, tantis rerum ſuarum profuſionibus ſe ſuamque domum in caſum dediſſet, niſi Regna & Coronas ſperaſſet: ſed neq; ipſis Bohemis dignum pretium ſuit, ob exiguum Caluiniſticæ Religionis fanum, futuris hoſtibus Regnum florentiſsimum, veluti prædam delacerandam, obijcere: Creſcere & ipſi volebant, vt demum ſtabilitis, quæ raptu acquiſiuiſſent, Geneuenſia ſacra, abrogâtis Catholicorum ritibus, propagarent. Præiuit cupido terræ, Religioni honor ſecundo loco fuit; arma Catholicis induit debitus Cæſari indignè habito reſpectus: Religio periclitans, & Prouinciæ Imperij reliquæ furioſo ferro perituræ. Quare non multum aberras, cum ais, nobis *propoſitum fuiſſe Religionem noſtram in Bohemiâ defendere*; at plurimum aberras, cum addis, nobis *in conſiderationem non veniſſe, cauſane iuſta, an iniuſta eſſet*: Conſiderauimus ſæpè, & quo magis conſiderauimus, iuſtiorem æſtimauimus. Quis enim dubitet iuſtè ſe facere, cum Domino ſuo à perduellibus pulſo ſuppetias fert? cũ ſacra ſua agi & ferri improborum audaciâ videt? cum ipſemet alijs perditis exitio proximus eſt? Apud vos in *conſiderationem non venit* æquitas cauſæ belli ineundi: Cupiditas Senatum non cogit: nihil deliberat, vult & pergit; obtinet, ſed & amittit, & quidem impari iactura.

PLESSIVS.

Quod ſi ſecundo de Religione in Bohemia non agitur, quamobrem igitur tanta reformationes, & mutationes exinde à clade Pragenſi ſuſcepta ſunt? cur tot eiecti in exſilium miniſtri? cur tot templa occluſa fuerunt? Neque replicatione illâ, pauculos tantum miniſtros Huſiticos, non tam intuitu Religionis, quàm quod recentis ſeditionis participes ſe reddiderint, nouamque Electionem promouerint, exire iuſſos, quidquam proficitur. Nam contra illam expedita eſt per interrogationem reſponſio: Et quid ergo obedientes & tranquilli Lutherani commiſerunt culpa, quod Praga & alibi templa, & ſchola illorum occluſa, Miniſtri in exilium acti ſunt?

FABIVS.

Altera Pleſsi hæc concluſio eſt, ſed quæ cæptũ ob Religionem maximè bellum non probat. Nos vobis per vim ex iniuſta poſſeſsione deiectis, Religioni iam ſtratæ ſubuenimus: Ergo vos ad adipiſcẽdas aliorum terras, non ſumpſiſtis arma? Vbique extra orbitam erras: Pragæ non diffiteor mutationes ſuſceptæ ſunt, quia vos omnia inuertiſtis: nec poteſt quiſpiam Caluiniſtis ſuccedere, niſi mutaturus: Si alij quidam vna cum Caluiniſtis Miniſtris abire iuſsi ſunt, nec ex bello nec ex fine belli ortum, Catholicis enim prima cura fuit Cæſaris res ſtabilire,

Reli-

Religionem tectam ſeruare, & Caluiniſtas rebelles domare. Recuperata iam Bohemia,& ſub iugum miſsis pacis turbatoribus, licet Cæſari per Bohemiam, quod alijs Principibus per ditiones ſuas licet, præſertim quando merentur, qui exilium queruntur: Huſsitas nihil moror, quia Imperium ijs nihil debet: occuparũt Bohemiam ducentis iam annis, vbi Catholici hoc tempus poſſeſsione ſua æquauerint, dabitur eis rurſus actio, ſed parum Iuris.

PLESSIVS.

Quorſum tertio, ſi de Religione in Bohemia actum non eſt, Matthias Cæſar in litteris ad Comitem Bucquoium illa expreßè exarari iuſsit: Comes omni feſtinatione è Belgio ſolueret, exercitui penes ſe ſub ſignis moranti adeſſet, per hoc de Religione Catholicâ, & Domo Auſtriacâ quam optimè meriturum. Quæ littera typis excuſa in omnium ſunt manibus.

FABIVS.

Eandem chordam ſemper pulſas; Cæſar Bucquoio in bellum citato inter alia ſcripſit, egregiam adeſſe occaſionem de Domo Auſtriaca & Religione benè merendi. Ergo Bohemi non propter Regiones prædæ ſuæ deſtinatas, ſeſe armarunt.

PLESSIVS.

Quid quod quarto, ſi de Religione in Bohemia actum non eſt, P. Sabinus Cappucinus, Concionator Aulicus Viennenſis in Concione, quam de prælio & victoriâ Pragenſi habuit gratulatoriâ, ſummum Magiſtratum exhortatur, vt præter cæteras Bohemis inferendas pœnas, litteras Maieſtatis eripiat, ac fruſtillatim diſcerpat? Prorſus nuda verba ad probationem illius theſeos, in Bohemia de Religione actum non eſſe minimè ſufficiunt. Tandem an de Religione in negotio Bohemico actum fuerit, vide porrò, quæ hanc in rem ſcribit D. Matthias Hoë adiecta inferius Num. 5.

FABIVS.

Quartæ ineptiæ; Bohemi non inchoarunt bellum Regionis alicuius cauſa, quia P. Sabinus poſt pugnam Pragenſem de ſuggeſtu Magiſtratum hortatus eſt, vt extortæ olim perduellibus, & extrema meritis Maieſtatis litteræ exauctorarentur. O ingenium vel ipſo Caluino dignum! Quæ Hoë ſcribit, non fecêre bellum, ſed poſt victoriam cauſas habuêre, quas hoc loco diſceptare non lubet, præſertim cum tu Iudex æqui non ſis, ſed violator.

Capvt X.

Non eſſe, quod Euangelici in Imperio Romano externum neſcio quem dominatum, vim aliquam Papæ, Hiſpani aut Romano-Catholicorum timeant, ſed eorundem ſincerationibus, declarationibus, promiſſionibus, de Sacro-Profanâ Pace; ſarta tecta Conſeruanda, ſecuram fidem habere poſſe & debere.

Informatio et Responsio.

PLESSIVS.

HAEc ſcilicet Compilator pluribus locis in Cancellaria ſua venditat, nec res ipſa caret ſpecioſo prætextu; Aſt Lector ex ambiguis illius verbis fallaciam & æquiuocationem, vt latentem in herba ſerpentem facilè deprehendet. Pag. 11. verſ. Darumb, &c. *in primo membro hæc Compilator adſerit, nihil Romano-Catholicos quæſiuiſſe, optâſſe, ac petijſſe, quam vt res ſuas ſimulque Sac. Roman. Imperij Conſtitutiones, ſanctamque Sacro profanam pacem conſeruare poſſent; quodque neminem Auguſtanam Confeſſionem amplectentem Statum in ſua Prouincia, iure & iuriſdictione turbare grauare, multominus (quemadmodum ignei quidam Conſultores diſſeruerint ac ſcripſerint) exſilio mulctare, eundemque tam Prouincijs, quam populo ſuis exſuere vnquam in animum reduxerint. Sed hæc verba Lector diligentius queſo ponderet. Primo dicit Catholicos nihil aliud, quàm ſuum quærere, hoc eſt, Epiſcopatus illos, qui inde à pace religioſa reformati ſunt, atque ab Euangelicis nunc Principibus ſub titulo Epiſcopatum, aut Adminiſtratorum poſſidentur. Epiſcopatum puta Magdeburgenſem, Bremenſem, Mindenſem, Oſnabrugenſem, Halberſtadienſem, Vveerdenſem, Lubecenſem, Ratzeburgenſem, Schvvemnenſem, Caminenſem, Hirsfeldenſem, &c. Hos illi Epiſcopatus ſuos eſſe ducunt, nullumque in eorum poſſeſſionibus ius aut iuriſdictionem, immò ne nudam quidem detentionem agnoſcunt, vt ex litteris trium Eccleſiaſticorum Electorum prolixioribus, ad Vice-Cancellarium quondam Imperij Stralendorfium datis (in puncto, Adminiſtratoris Magdeburgenſis à Cæſare Matthia poſtulati protectorij, vel conſeruatorij) liquet: in quibus etiam ſibi perſuadent, & confidunt, Cæſaream Maieſtatem ſe, Eccleſiaſticos, maximo hoc grauamine ſuo (ſic enim formalia habent) quamprimum ſubleuaturam, hoc eſt, ſuis Epiſcopatibus reſtituturam eſſe. Quin & modernus Colonienſis Elector ante annos aliquot ad Proteſtantem quendam Imperij Principem, qui hodieque ſuperſtites, expreſſè dixit, eò rem deueniſſe, vt Proteſtantes bona omnia Eccleſiaſtica (non diſtinguendo inter Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & inter monaſteria, aut alia bona Eccleſiaſtica, nec inter Electorem Saxoniæ, aut reliquos Proteſtantes)*

ſtantes) reſtituere & Catholicis cedere, aut vna cum liberis ſuis Religionem Catholicam amplecti debeant. Sanè hæc declaratio Colonienſis nullâ circuitione vtitur, cum longè aliud ambigua Compilatoris noſtri verba primâ fronte inferant. Quamuis & horum per doctrinam æquiuocationis facilis fortè ſit conciliatio. Compilator nimirum, Catholicos, inquit, nihil aliud, quam quod ſuum eſſe cenſent, quodque de Iure, & ex conſtitutione pacis religioſæ ad illos pertinet, poſtulare; Proteſtantes denique, in ſuis Prouincijs puta, turbare nolle, Epiſcopatus autem Proteſtantium Prouincias nequaquam eſſe, ſed Catholicis pacis religioſæ tenore deberi, proindeque iuſtè depoſci, vt Colonienſis aiebat. Huius itaq; declaratio & Compilatoris noſtri verba æquiuocationis beneficio in effectu non diſſentiunt. Igitur ſecum Proteſtantes, qui bona Eccleſiaſtica poſſident, perpendant, an Colonienſi claræ illi & rotundæ declarationi, an ambiguis tectisq; Compilatoris verbis plus tribuendum ſit.

FABIVS.

Quod diximus Catholici, repetimus; nunquam animus fuit, aut erit dominatum ab alijs Prouincijs accerſere. Sceptrum Germanicum Germani amamus; exteros Reges malumus venerari, quàm noſtros dicere: Et veriſsimum eſt, nos tot annis erga profitentes Confeſsionem Auguſtanam pacem obſeruâſſe, fidemque datam coluiſſe. Ne vos quidem Caluiniſtas, aut inſidijs, aut apertâ iniuriâ laceſsiuimus, ſed ſæpiſſimè laceſsiti ſumus clàm & palàm; neque apud nos *latet anguis in herba*, niſi fortaſsè Caluiniſta quiſpiam ceſpitibus ſeſe noſtris abſconderit: quando enim ſanctam, quando profanam pacem violauimus? bellum quidem geſsimus, ſed prouocati. Quæ porrò iniquitas eſt, ſi noſtra repetimus, aut vindicamus? Tu Catalogum texis Epiſcopatuum, qui Iure noſtri ſunt, & ex pacto Paſſauienſi nobis debentur; niſi fortaſsè pactum illud velis nullum & irritum, ſicut nihil Sacroſanctum vſpiam cenſetis; & tamen eos ipſos noſtri Iuris Epiſcopatus occupantibus longo iam tempore permiſimus Germanicâ & pacis amante conniuentiâ, legibus & Iure conſueti agere; Si calore Caluiniſtico nobis corda intumuiſſent, ſi arma legibus potiora fuiſſent; quis damnaſſet nos noſtra aſſerentes? Caluiniſtæ per magna latrocinia, quæ aliorum ſunt, rapere allaborant. Et quis neget hoc æſtimabile Catholicorum onus eſſe? Vos perpetim neſcio quæ grauamina lamentamini, & nobis facitis. Catholicæ Religionis Iudicem reijcitis, & Religionem hanc deſeruiſtis. Ergone nobis ex omnis retro memoriæ poſſeſsione decedendum eſt, vt vos illam adeatis? Sapimus, non cedimus. Pares Spiræ Aſſeſſores importuno clamore poſtulatis, & vos ipſi feciſtis illos impares; nobiſne ſellæ honoris vacuandæ, vt vos impleatis? Ius ab antiquo nobis fuit

Caluiniſtæ multorum Epiſcopatuum iniqui poſſeſſores.

tot tribunali Imperatorio ſenatores mittendi, cur hodie minueremus numerum, vt veſter augeſceret? de veſtro creſcite; nobis noſtra ſunto. Siquid damni patimini, vos facitis; redite potiùs vos ad nos, quia à nobis deceſsiſtis, non nos à vobis, nos iiſdem in veſtigijs per tot decurentia Chriſtianitatis ſæcula conſtitimus; vos pedem aliò mouiſtis: Manete, ſi ita ſedet, loco veſtro, nos in noſtro manemus, quem Iure olim occupauimus, Iure tenemus, Iure defendemus. Sereniſsimi Electoris Colonienſis ſermo omninò ſine circutione eſt, ſed tuus circuitione verſatilis à veritate crebrò deflectit. Ego quid Elector dixerit neſcio, crederem tuo illi Principi; ſi is ipſus id referret, nunc ſuſque deque habeo, quid tu referas. Age potiùs, putas tu grande facinus talia dicere? mea duntaxat repeto; tu aliena & ambiuiſti & rapuiſti. Multa dicuntur inter Principes familiari ioco, ac ſubinde eo fine, vt frenentur cupidines, vlteriùs erupturæ. Atque ita Compilator cum Electore verbis non pugnat, ſed tu cum vtroque, vincendus ab vtroque.

PLESSIVS.

Pag. 44. in ſecundo membro principali ſimiles propemodum Compilator attexit æquiuocationes, Catholicorum intentionem haud, eſſe Statibus Auguſtanæ Confeſsionis in Ditione & Iuriſdictione eorum vllum modum præſcribendi: Non verò dicit, Statibus illis Epiſcopatus, Romano - Catholicos relicturos: ſed illud potiùs: modo & Catholicis ſua (hoc eſt, ex ipſorum ſenſu, inferioris Saxoniæ Epiſcopatus, qui Romanenſibus illis vigore pacis Religioſæ debeantur) antiqua & laudabilis Imperij conſuetudo, quâ conſeruatâ floruerit ſemper Imperium, (hoc eſt, quum plura in Comitijs hi ſuffragia, & ſine diſcrimine in omnibus Iuſtitiæ adminiſtrationem in toto Imperio in ſua poteſtate habuerint) maneat incolumis, nec de vno poſt alterum controuerſia ipſis moueatur.

FABIVS.

Compilator nullâ æquiuocatione vſus eſt, ſed tu facis & vteris: Pacem per nos fore, cùm ait Proteſtantibus, modò Catholicis ſua maneant ſalua; tu adijcis Parentheſin (*hoc eſt ex ipſorum ſenſu, inferioris Saxoniæ Epiſcopatus, qui Romanenſibus illis vigore pacis Religioſæ debeantur*) Satin' ſanè Pleſsiſi æquiuocationis me accuſas, & eam mihi texis? Compilator loco à te verſo & torto, ea ſolùm intellexit, quæ reipſâ noſtra ſunt, non quæ Iure ad nos pertinent. Horum enim multis iam annis vſurpatores conſpeximus amici amicos, nec vllam haſtam acuimus, vt vobis ſuetæ violentiæ arte illa recuperamus. Et tamen quæ lex aut quis æquitatis Iudex damnâſſet, ſi iure alijs ſpreto, armis vindicaſſemus? Ius pacatum magis placuit, & adhuc placet, ſi & alijs placeat: veſtrum ferrum, cruentauit noſtrum.

PLES-

PLESSIVS.

Sed hæc poſtrema verba in Romano-Catholicos melius congruunt. Nam quis iam in Imperio Auguſtanæ Confeſsioni addictus Status reſtat, in cuius Prouincijs non varia per Monachos, Ieſuitas, Cappucinos, aut alios Romanenſis ſuperſtitionis Ordines, innouationes tententur, eâ omninò intentione & ſcopo vt Auguſtanæ Confeſsionis Statuum hoc proceſſu explorarent patientiam, ſimul verò iuriſdictionem Papalem, quam ipſa Pax Religioſa expreſsè ſuſpendit, per indirectum & tectè introducant, ſuoq; priſtino vigori reſtituant?

FABIVS.

Quia fidam Proteſtantibus amicitiam promiſimus, ſi, quæ noſtra ſunt, incolumitate fruantur, & nunc hoc, nunc alterum non carpatur. hæc verba ait meus Pleſsius melius in Catholicos congruere; quâ verò de cauſa? *In Prouincijs Proteſtantium varia per Monachos, Ieſuitas, Cappucinos, & alios Romanenſis ſuperſtitionis Ordines, innouationes tentantur.* Amabo te Pleſsi, audes hæc in tanto ſole? nimia vanitas tua tranſlucet: in Proteſtantibus numeramus Principes ſat multos, vrbes ſat multas. Oſtende ſis mihi in Prouincijs Principum, vel Ieſuitam, & Cappucinum, aut alium Sacerdotem? Quid noui tentant hi homines in locis ijs, in quibus nec ſunt, nec tolerantur? quid in Religione imperant? quis imperium eorum exequitur? an per litteras agunt, & Prædicantibus leges ferunt? Imperij vrbes aliæ totæ Lutheranæ ſunt, aliæ Catholicis mixtæ, illæ tam ſine Ieſuitis ac Monachis viuunt, quam ipſi Principes, neque locus vllus commorandi Eccleſiaſticis conceditur, quomodo locus renouandi daretur? In his manent Monachi, Ieſuitæ, Capucini iure Catholico, ſibi & ſuæ Religionis conſortibus, aut auxilio, aut ſacro ſeruitio addicti. Si quid nouant, (quod tamen ijs mos non eſt, nam priſcos Eccleſiæ ritus tuentur) inter ſuos nouant, quid hoc ad aduerſam partem? an arbitrantur Caluiniſtæ nobis ab ipſis præſcribi debere cæremonias? an directorium Eccleſiaſticum obtruſuri ſunt; quando matutinum celebrandum, quando & quo modo miſſa dicenda, quando Te Deum laudamus cantandum? Scimus tempus; cantabimus hoc, cum Caluiniſtæ Imperio excellerint. Sinamus nos noſtra facere, etiam inter eos, qui nobiſcum in Religione diſſentiunt; Iure noſtro facimus: neque prædicantibus idcirco vlla poteſtas minuetur, nil eorum miniſterio derogabitur: Immò hi ipſi, ſi quotidiè quid in ritibus nouarent, nemo de noſtris abſiſteret: placeret potiùs nobis aliena inconſtantia, allatura aliquando Auctoribus ſuis ſaniorem mentem. Certè Caluiniſtas ſæpè multa nouare,

Vana & ridicula Pleſſij accuſatio.

vos Hei-

ves Heidelbergenſes exemplo eſtis. Quoties enim noſtra memoria Religionem mutaſtis? Nunc azimum, nunc ſalſum bolum deglutiſtis, haud magno diſcrimine: quia nihil creditis, nihil Dij ſumitis.

PLESSIVS.

Caueant itaque, caueant, & accuratè perpendant Auguſtanæ Confeſsionis Status, quouſque Bauariæ huic ſincerationi & declarationi fidendum: Ac in primis iudicent, num Dux Brunſvvicenſis eo ſit ſecurus nomine, quo minus Coloniēſis Elector primâ quaque occaſione ſententiam in cauſa Epiſcopatus Hildeshemenſis latam, quam eo fine Spiræ omnibus abſolutam numeris adſeruari referunt. Siue per Legatum fratris ſui Bauari, Comitem Tyllium, ſiue per proprium ſub ductu Domini ab Anholt militantem exercitum, executurus ſit. Meritò ſanè alios exſecutionis contra Marchionem Badenſem peracta terreant veſtigia. Nā licet Marchio Georgius Fridericus filius, cui Pater omne penitus ceſſerat regimen, obedientiſsimum ſe Cæſareæ Maieſtati exhibuerit, ab omni negotio bellico abſtinuerit, cum Archiduce Leopoldo mutuam vicinitatis & correſpondentiæ amicitiam coluerit: in ſuperiore nihilominus Marchia contra eum hocce rerum Statu exſecutiones præcipitatæ nec quidquam obniti optimus Princeps hac ſuarum rerum conditione potuit, ſolâ proteſtatione verbali violentiæ iniuſtæ oppoſita. In hoc ſpeculum intueantur, quos idem manet periculum, nec præpoſito Hildesheimenſi, in ſuis cum correſpondentibus ſuis in Saxonia inferiori molitionibus nimium indulgeant, ſed tempeſtiuè his artibus ipſi interdicant.

FABIVS.

Apud fallentes cautio opus eſt Pleſsi, nec Bauari, nec alij Catholici adhuc Proteſtantes feſellére; Caluiniſtis hæc conſuetudo inualuit. Sed reuerâ cauendum eſt, quia Elector Colonienſis iura Epiſcopatus Hildesheimenſis, cuius Præſul eſt obſeruat, eaque defenſa vult. O quale periculum Imperio imminet; ſi Ius, ſi Iudicis ſentētia Electori Colonienſi aduerſus Ducem Brunſvvicenſem, qui maiorem eius Epiſcopatus partem occupat, cauſam addicat? Quod ſi fiat, quis ſuperum vetabit, aut Generalem Tyllium, aut Equitum Magiſtrum Anholtum Cæſaris imperata facere, & dominatū Domino ſuo reſtituere? Comœdiam Badenſem Pleſsi ſapientiùs omiſiſſes; etiam perſonatos homines noſcimus: ideo ſenior Marchio Prouincias ſuas alteri tradidit, ne ipſe amitteret: Filius ſi obedientem ſe Cæſari exhibuit, quid præſtitit? Patri potiùs, Cæſaris hoſti, auxilio & Conſilio adfuit: Non magis in Cæſarem beneuolo animo, quàm Pater, niſi perditus eſſet breui militiā, Cæſarem perditurus. Dein ſcire debes rebellionis nomine Iuniorem Marchionem ditione illa ſpoliatum nequaquam fuiſſe: Ius & æquum poſſeſ-

poſſeſsione illum minimè legitima depulit: propinquioribus enim hæredibus Marchionatus ea pars debebatur per vim à vobis intercepta, per vim rurſus adempta. Veniant ergo quos inuitas, *& intueantur tuum ſpeculum Proteſtantes:* quid hoc facto Badenſi intuebuntur? Iuſtitiam ipſam, quæ ſuum, quod debebatur, domino tribuit? An vos iniuſtum cenſetis aliena ab iniuſto vſurpatore auferre, & dominis reddere? Iam & ipſe fateor vobis ingentem iniuriam illatam, in auferendo Bohemiæ Regno, nam & hoc alienum erat.

PLESSIVS.

Quantum denique ad Papam, & quid ab illo Statibus Auguſtanæ Confeſſionis, vel metuendum, vel non metuendum ſit, ſatis notum eſt, non omnes Papas eodem in Lutheranos & Caluiniſtas, vti vocant, zelo abreptos fuiſſe. Quidam omni vi opprimi voluerunt hæreticos, è quorum numero Pius V. fuit. Alij per viam mitiorem & media moderatiora hæreticos conuertendos cenſuerunt, in qua ſententia Gregorius XIII. & Clemens VIII. & docuit experientia, hos eâ ratione plus conſecutos, quam Pium V. Qui nunc in Pontificio ſolio ſedet Papa, bonus & ad omnem moderationem pleniſsimus omnium ſemper habitus eſt iudicio. Is etiam initio talis videbatur, vt qui nomine & re Pater communis audiri vellet, à partibus alienus, & qui factionibus inter Gallum & Hiſpanos ſe immiſcere nollet. Quod cum animaduerterent Hiſpani, ex hoc tranquillitatis portu facilè illum in altum abripuerunt, propoſito inter Principem de Venoſa ditiſsimam puellam, & fratris eius filium (quem vulgo Comitem Nicolaum nominant, 11. vel 12. circiter annorum puerum) matrimonio, quo bonum Papam prorſus in ſuas partes pertraxerunt. Sed cum metuat Senecio, ne ab Hiſpanis, tempus lucraturis, detineatur (ſic enim Paulum V. cuius nepoti eandem Principem, quæ centum millia coronatorum in annuis redditibus numerat, promiſerant, varias dilationes moraſq; quæſitas nectẽdo, ad mortem vſq; circumegerant) Hiſpanos, vt finem rei imponant, & ſponſam, quæ Neapoli in monaſterio educatur, Romam mittant, inſtantius vrget. An vero fidem ei ſeruaturi Hiſpani, an ſenem illum coruum hiantem, vt prædeceſſorem deluſuri ſint, mox tempus oſtendet. Quoniam igitur Papa in Hiſpanicas adeo partes propendet, quis eundem Hiſpanicis auxilijs fretum dubitet, non omnibus modis cupere, vt Euangelicos in imperio ad obedientiam Sedis ſuæ Romanæ reducere poſsit? Quis ignorat, quãto cum feruore Regi Galliarum Romæ inculcatum ſit, vt Hugenottos debellaret, ſubiugaret? Adeo vt cum Pacem in Gallijs ſancitam Romæ relatum eſſet, Papa coram Legato Gallico, quem Commendatorem de Sillery vocant, grauem querelam inſtituerit, ac quam ægrè idipſum ferret, pluribus demonſtrauerit. Inſuper ex interceptis Italicis litteris iam vulgo notum eſt, quid Cardinalis Lodoniſius, Papæ ex fratre nepos, de oppreſsione Electoris Palatini & tranſlatione Electoratus in

rus in Bauarum ſcripſerit, ex hoc fundamento, quod ſic Proteſtantium in Germania vires haud parum imminui, & progreſſu temporu cæteri paulatim in ordinem redigi poſſint.

FABIVS.

O quàm operam perdis, mi Pleſsi: Pontifices ſi irritaſſent Proteſtantes, pridem omnia arſiſſent bello: Religionem apud nos mutatam cupiunt, non Imperium: atque ad eam rem armis non vtuntur, ſed Doctoribus ex vſu antiquo & Apoſtolico. Læſerit te Pius V. acriore Dei zelo, humanitas Gregorij XIII. & Clementis VIII. placet: melior vos conuertendi modus ſemper vſurpatus eſt: Neque enim haſtis aut bombardis vobis concionati ſunt Catholici; voce ac ſcriptis pugnarunt. Gregorium XV. laudas, vt alij vituperent: cum eadem moderatione quâ Pontificatum iniit, obiit, vt malignè eum *coruum hiantem* appelles: Nuptiæ illæ Paulo V. ſperatæ, & Gregorio XV. obtentæ, quid ad Imperium, aut ditionis Romanæ in eo propagationem faciunt? Ex ſpatiaris, vt quid dicere poſsis, ad nugas. Hymenæus Italicus Germaniæ nil pariet, neque enim Venuſina illa ad Troianas vi abducta eſt, vt bellum alibi naſcatur. Quis autem te Nuntius certiorem fecit, Pontificem ægrè tuliſſe pacem in Gallia cum Hugenottis factam? & quid ſi ita eſſet? Ergò peribit Germania? Cardinalis Ludouiſius non ſcripſit illa, quæ hic de Proteſtantibus refers, ſed tu ſcribis, vt mendacio Lutheranos concites: aut oſtende ſis hæc verba *ex Electoratus tranſlatione in Bauarum, Proteſtantium vires in Germania non parum minui, & progreſſu temporu cæteros paulatim in ordinem redigi poſſe.* Hęc certè ſcripta eſſet vulgò nota nō ſunt, ſed notū eſt: te fanda infanda fundere, nullo veri delectu.

PLESSIVS.

Ex quibus ſequitur, vt de Papa hic voluntate minimè dubitandum, ſic nec eidem vires deeſſe. Notus eſt Theſaurus in arce S. Angeli repoſitus: nota Pōtificu inde ab initio Pōtificatus proſpera fortuna, qua varijs accidentalibus, caſualibus, & extraordinarijs reditibus tanta fuit, vt in aliquot auri myriades excreuerit. Iam Hiſpanos non eſt, quod Compilator nobis Euangelicis in Imperio depingat: conſilia eorum, actiones, ad Monarchiam tendentia deſideria & molimina per totam Germaniam percrebuerunt: nec his immorari opera pretium eſt. Ex ſuperius autem deductis Euangelicus Lector facilè colligit, quam fragilis contra peregrinum dominatum cautio ſit, ante deducta à Compilatore noſtro, quam vocat, ſinceratio. Nam me hercle Nuntius Pontificius Viennæ in ſua ad Patrem Hyacinthum 20. Octobr. Anno 1621. data Epiſtola nulla circuitione vſus eſt, vt noſter Compilator hic facit, ſed diſertè ac rotundè expreſsit, quo in Imperio res euaſuræ ſint.

ya ſint, occupato videlicet Palatinatu, nec Proteſtantes Hollandis, nec Hollandos Proteſtantibus ſuccurrere poſſe: Hiſpanum tum Dominum ac Patronum Belgij, Cæſarem vero Germaniæ futurum eſſe. *Certè nulla circuitione vſus eſt. Nam hic Parallelum Nuntius inſtituit regiminis, ſiue Dominatus Hiſpanici in Belgio, & regiminis Cæſarei in Germania. Hic proteſtamur, de Cæſarea nos Maieſtate nihil ſiniſtrè præſumpturos, credituros potius, etiam Parallelum iſtud Caraffæ non probatum iri.*

FABIVS.

Quidlibet ex quolibet apud te ſequitur: vos malam in Pontificẽ voluntatem perpetuatis, non ipſe; Quid enim mali bellici Roma per omnes Euangelij veſtri annos vobis intulit? ne lepuſculus vobis direptus eſt: Theſauros Pontificis tu magis Calamo accumulas, quam Romani argento: Ipſe tu ſuprà dixiſti: *tenuem pecuniæ ſummam vix potuiſſe impetrari à Pontifice ad hoc bellum*, & iam ad terrendos Lutheranos, Myriadas in caput veſtrum effundendas oſtendis. Monarchiam quoq; Hiſpanicam tu maiore metu exſpectas, quam Rex Catholicus affectet. Quem ex Germanis ad hunc diem bello appetiuit, non appetitus? ſi quies vobis placeret, haberetis; apud quos maior ſinceritas ſit, tempus aperuit. Vos primi nullâ datâ cauſa pacem rupiſtis: ſatis ſincere? Eſte, quales nos vultis induimus vultum ſpectanti ſimilem. Nuncius Pontificius ſuam Epiſtolam ad P. Hyacinthũ ſcripſit 20. Octob. 1621. poſtquam de vobis omnia ſcribi poſſent; cùm iam hoſtes eratis. Sinceritatẽ nullam hoſtibus debemus; quamquam rectè & citra vllius iniuriam Nuncius ille ſcripſit; certum enim eſt, domito rerum turbatore Palatino, deceſſurum aliquid viribus Hollandicis, & Cæſarem habiturum Germaniam in poteſtate; quẽ enim alium habemus in Imperio ſupremum Principem Pleſſi præter Cæſarem? iam noſcitur illa Imperatoria poteſtas Caluiniſtæ, atque etiam vt iuſta colitur, Vni ſanè vos, hanc nimiùm acciditis. Rideo autem Proteſtationem, ob quam videri non vis, quidpiam aduerſus Cæſarem ſiniſtrè præſumere. Quantis eum incõmodis affeciſtis? quot ſcelera patrâſtis? & nihil mali præſumpſiſtis? Dij faciant, vt hoſtes tui, ita de te quoque præſumant.

PLESSIVS

Quia verò in libro hoc Bauarico tot ſummi Principes, tot boni Viri, non de plebe, ſed honeſtiſſimi, tam acerbè diffamantur, ac accuſantur, nec nobis pro libertate Germanica vitio verti poſſe confidimus, ſi, quod facimus, contra librum illum defendamus, honorem innocentium, cauſaq; Iuſtitiam, toti Orbi manifeſtemus.

Digitized by Google

FABIVS.

Cùm vos perduellione famam veſtram Pleſi proieceritis, cur ei nos peperciſſemus? & quis Iupiter mihi prohibeat, vt ea non auderem dicere, quæ vos agitis? veſtra facta diffamârunt vos: fuiſtis in nos ipſos, in omnia noſtra; ſi paria fecimus, ignoſcite: eas ſolas tragœdias vulgauímus, quas diu intra ſiparium inſtruxiſtis, vt in publicum darentur, & dediſtis, eheu, ſat multas! honorem tuum, neque hoc libro, neque alio defendam; facta eſt eius æterna iactura; nemo enim vnquam de tã malis bene opinari poterit, & tu tamen *Orbi Iuſtitiam manifeſtas*, non nego, ſed noſtram: quis enim neſcit vos tantorum malorum cauſam? Si res domi veſtras egiſſetis; ſi alieno Regno abſtinuiſſetis; ſi pacẽ bello prætuliſſetis, veteri fortunâ fœliciores eſſetis; nunc graui ſorte peſſundati, & ipſis victoribus miſerandi, vix viuitis; facturi nobis omnia, quæ patimini; quod vnum vobis obfuit.

PLESSIVS.

Nunc ex ſuperius poſitis Nuncij Caraffæ verbis, tale quis, ſi velit, elicere poſſet argumentum: Rex Hiſpaniarum in Belgio deſpoticè & iure hæreditario dominatur; Ergo & Imperium in Germania deſpoticum & hæreditarium. Ratio conſequentiæ eſt, quia ſecundum Nuncium Caraffam hæc procedunt à pari, & ſunt parallela. Aſt Cæſari fortè Conſiliarij & miniſtri illo. Caraffæ axioma & illationem parum, ſi modo verum conijcimus, ſunt probaturi: quod ſcilicet tempus declarabit, &c.

FABIVS.

Quis cachinnos ad tuas ineptias contineat Pleſi? verba Nuncij Apoſtolici in Epiſtola hæc ſunt: *Rex* (Hiſpanus) *Belgium, & Imperator Germaniam in ſua poteſtate habiturus eſt, amoto Palatino, & Bauaro ſuffecto:* Potes tu Pleſi hinc inſulſiùs argumentari, quàm facias? *Rex Hiſpaniarum in Belgio deſpoticè & iure hæreditario dominatur; Ergo & Imperium in Germania deſpoticum erit & hæreditarium?* Rectè conijcis Pleſi, hoc argumentum Cæſareanos parũ probaturos. Ego tamen benignior ſum, & eo nomine probo, quòd tuæ ſtultitiæ demonſtratio ſit.

PLESSIVS

Porro Compilator; Non ita eſt, inquit, quod proteſtantes ſibi à Papa & violẽta Papatus introductione metuãt. Ill.us verò reſpõſionis, quæ Veroſpio Nuncio Pontificis extraordinario Viennæ, menſe Febr. 1622. tradita eſt. Compoſitor expreſſè ſtatim initio, Papam ait rationibus perquam ſanè arduis permotum à

Cæſare

Cæſare flagitaſſe, vt honorem, titulum, atque dignitatem Electoralem proſcripto Palatino iam ademptam, ad Religionem in Imperio ſtabiliendam in Sereniſſ. Bauariæ Ducem, citra moram transferret; *addit deinde*, in eum ipſum ſcopum (*nempe ad Religionem Romanam in Imperio ſtabiliendam*) Imperialem quoque Prouidentiam collimaſſe, &c. *Qua verò ratione modoque Romano-Catholica Religio in Imperio ſtabiliri, hoc eſt, vlterius propagari poteſt, quam vel totali Euangelicorum Statuum oppreſſione & ſubiugatione, aut per reductionem ad cultum & obedientiam Sedis Romanæ, vel ad minimum quando vi armata & metu incuſſo Proteſtantes eò rediguntur, vt bona Eccleſiaſtica omnia Romanenſibus reſtituere cogantur? Et ſanè reſponſi illius contextor longè progreditur, dum adeò perſpicuè adſerit, Cæſaream Maieſtatem*, eundem prorſus cum Papa ſcopum habere, *quod vt non libenter credimus, ita autori illius reſponſi excuſandum, ſi poteſt, relinquimus. Non minus quam Conſiliariis & Scribis Cæſareis hoc onus incumbit, quomodo illum locum interpretaturi ſint, qui inſertus eſt litteris Latinis ad Dominum Balthaſarem de Zuniga ſcriptis, & in quibus floſculi præcipui & axiomata è Schioppij Claſſico belli ſacri deprompti ſunt. Verba loci hæc ſunt.* Per Electoratus Palatini tranſlationem in Bauariæ Ducem, Catholicam rem nimium augeſcere, &c. *Sanè augeſcente re Catholica, neceſſe eſt rem Euangelicam decreſcere. Per quæ ipſa Compilatoris noſtri iactata ſinceratio prorſus corruit, quod Euangelicis nimirum à Papatu nihil periculi metuendum ſit; Verum & illi & Compilator noſter hanc litem in ſe componant; ſi fortè æquiuocationis beneficio elabi poſſint.*

FABIVS.

Veriſsimè ſcripſiſſe Compilatorem, *nihil periculi metuendum Proteſtantibus*, teſtantur ſuperiora tempora, quibus Catholici cum Lutheranis pacem coluêre. Intende tu digitum in cladem aliquam à nobis illatam: Vulnera nos contrà accepta non rarò patientiæ ſtrophiolo terſimus; reſponſum, de quo tibi hîc ſermo, Nuncio datum, mihi ignotum eſt; ſed ſit ita: *promiſſam Electoratus tranſlationem Bauaro ad Catholicam Religionem ſtabiliendam:* Vos eam labefactaueratis, etiam euerſuri funditus, ſi fors aſpiraſſet: Ruinam ſpectantia ſtabilimento ſeruantur. Quia autem quæris, quomodo Religio Catholica in Imperio ſeruari queat; reſpondeo per veſtrum & omnium rebellium exilium; non autem vti, tu ais, *per oppreſſionem Proteſtantium*, inter quos nec tu, nec tui cenſentur: Noſtra conſeruata per hæc arma voluimus, non propagata: vobis potiùs tàm dirâ viâ graſſari tamdiu lubet, quoad improuiſis malis edocti, turbatæ pacis pœniteat. Ad finem capitis tu rurſus incipis Caluiniſticè fari, cum refers hæc verba ex Epiſtola Cæſaris ad Zuni-

Digitized by Google

gam: *per Electoratus Palatini translationem in Bauariæ Ducem, Catholicam rem nimium augeſcere*, & addis *ſane augeſcente re Catholica neceſſe eſt Euangelicam decreſcere*. Malitioſè ſcriba. Cæſar non ait, *translatione Electoratus Catholicorum rem augeſcere*, quaſi timenda Proteſtantibus aliqua vis ſit, ſed ait, *Saxonem non æquo fortaſſe animo laturum, translationem, quòd Catholicam rem ex ea nimium augeſcere vereri poſſit*. Saxonem, mi Vir, vereri augmentum, non eſt Cæſarem ſcribere, *ſe Electoratum transferre, vt res Catholica augeſcat*, quia multa timentur, quæ apud alium neque in cogitatis fuêre, neque vnquam euenient: Ita ego quoque Pleſsi timeo tuum ad nos reditum.

CAPVT XI.

Cito admodum Vnionis ærarium decreuiſſe, eiuſque res elàm admodum vacillaſſe, ſed ab Vnitis eas externa iactatione in immenſum elatas fuiſſe.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

AD *hanc theſin probandam Compilator Cancellarij Heidelbergenſis ad Pleſſenum Epiſtolam allegat, pag. 201. Paßim etiam alibi Vnitorum egeſtatem perfodit. Imo Theoneſtus Cognandolus (qui in hanc Cancellariam Bauaricam Commentarium contexere adgreſſus eſt, ſed quem Iuſtus Iuſtinopolitanus in Myſterio iniquitatis pro merito excepit, ſolideque refutauit) Vnitos omnino egenos & decoctores indigetare non erubuit. Primum itaque continuandos cottidiè ſumptus bellicos Vnitis grauiores fuiſſe, quis iuſtè miretur? Aut quis ille eſt, qui bellum pecuniæ barathrum eſſe ignoret? præcipuus quidam Regis Galliarum Conſiliarius apud Thuanum lib. 49. Hiſtor.* Rarò quiſquam, *inquit*, tam benè rationum ſuarum calculum init in bello gerendo, quin ſumptus omnem prudentiam, ac ſpem ſuperent. *Nec hoc ſoli Vniti experti ſunt, ipſi potenti ac diuiti Hiſpaniarum Regi idem ſæpius contigiſſe meminimus. Quin hoc ipſo tempore tanta pecuniæ inopia laborat Hiſpania, Mediolanum & Neapolis, vt in ſtatu Mediolanenſi templa omnia auro, argento, alioue pretioſo ornatu ad ſuſtentationem militis ſpoliata, adeoque eo loci res fuerint, vt idem in Hiſpania & Regno Neapolitano ſuſcipiendum eſſe dicatur. Quantum etiam argenti, rei tormentariæ, aliarumque rerum neceſſariarum Ligiſtis, Electori imprimis Moguntino & fœderis Rhenani ſocijs ſuperſit, benignus Lector ex querula Electoris Moguntini ad Licentiati Ribelij Legati Bauarici propoſitionem reſponſione, lit-*

teris

teris item ad Archiducem Leopoldum datis (quæ vtraq; in repetito & auctiori Prodromo inueniet) cognoſcere non grauabitur. Quod etiam illi toties iactati Monacenſes Theſauri, vel penitus omninò, vel ad fundum vſque iam exhauſti ſint, hoc ſanè Epiſtolium Ducis Bauarici, de dato Monachij 9. Nouembr. 1621. ad Electorem Colonienſem, liquidiſſimè & in littera, quod aiũt, demonſtrat, in quo rotundè fatetur, iam ſua ſe oppignorare coactum fuiſſe. Hoc ipſo tempore Dux Bauariæ à priuatis Ciuibus Norimbergæ pecuniam mutuo ſumpſit, particulatim & ſummis ſanè exiguis. Similiter Epiſcopus Herbipolenſis. Dudum enim coaceruati ab Epiſcopo Iulio aurei nummi diſparuiſſe dicuntur. Ex quibus apparet, non habere Ligiſtas, quæ Vnitis, quantum quidem pecuniæ & requiſitorum belli abũdantiam concernit, obijciant. At facilè quidem, ſi quis vellet Compilatoris, aut Cogniandòli morem imitari, non minus ſcopticè & contemptim, vt illi de Vnitis ſolent, poſſet Ligiſtis, maximè ſi de ſingulis indiuiduis dicendum eſſet, egeſtatem exprobrare & penuriam. Sed hiſce mouendis, quamuis cauſa ſatis abundè eſſet, nunc ſuperſedebitur.

FABIVS.

Paruitatem ærarij veſtri noluimus vobis eſſe probro, ſed potiùs audaciam, quæ non maioribus opibus nixa, tot validas manus in ſe cõcitauit: Imprudenter certè, ſeu alius, ſeu ego ago, cum me imparem immenſæ moli obijcio. Certè parum virium fuiſſe vobis in arca ſub initiũ ipſius belli, & nono ante pugnam Pragenſem menſe, Anno videlicet 1620. Ianuarij 8. vt de alijs ſileam, teſtes ſunt litteræ ipſius Palatini ad Gubernatorem ſuum Ioannem Palatinum, in quibus de varijs modis cogendi pecuniam diſceptat: factum argentum à ſubiectis ſumendum, mutuam etiam Miniſtris imperandam, obſeruata cuiuſcunque facultate, pupillares hæreditates corradendas, vnam alteramque toparchiam vendendam, de auxilio Hugenottarum & aliunde, & ex Gallia cogitãdum, & id genus plura nimis immaturâ egeſtate. Inſequenti tempore cum nihil aut proprij, aut alieni ſupereſſet; rariſſimus etiam theſaurus, aureæ ſcutellæ carbones ſubière, & fulua illa fluenta impari metallo adeò mixta ſunt, vt cudendæ monetæ artifex ipſe, tantum pecuniæ adulterium erubeſceret. Sed ruborem illi abſterſit Peplitij Caluiniſticæ Conſcientiæ Epiſtola, quam ex Germanico verſam amici opera, operæ fuit apponere.

Salutem & obſequia dilecte Domine Aichelſtein; pecuniæ cudendæ modus is omnino tenendus erit, vti conuenimus, nec penſanda facies exterior, aurumne an cuprum mentiatur, ni rem noſtram impeditam, vel maximè velimus. Pudori iam nullus eſt locus, quem & tempus prohibet: alij qui ſine Rege viuunt, ſeptuplò noſtra deteriorem cudunt monetam: Minimè verò pudeat, ſi quid ad reſtituendum Re-

dum Regnum, aut cætera bona Sereniſſ. noſtro Regi, auxilio & emolumento eſſe poteſt, erubeſcamus autem, nos pluris famulos quàm ipſum Dominum facere & obſcruare, cum alia ſit conditio belli, pacis alia. Aureum porrò nummum Hiedelbergæ quinq; aut ſex duntaxat flurenis expendi factum peſſimum cenſeo, nec velle, vt ipſe ſimili eodemue pretio erogaret, ni ſua Excell. expreſſè mandarit. Cæterum rogo vt quam citiſſimè pergat in moneta procudendâ, cum nulla re magis egeamus. Meminiſſe ipſe per velit vt Domini Mayſt. res quantū fieri poteſt promoueantur. Repeto deuiq; nihil hoc tali tempore rubore dignum eſſe, quocunq; etiam nomine indigetetur, quàm id quod ſeruitia Regis impedit & moratur, quidquid verò promouet, ne illud bonum & perutile dicamus. Iterum iterumq; rogo, ne moram faciat, pecunijs opus eſt quam maximè. Interea nos ſupremi tutelæ committo Fluesba:mij in hybernis meis, proximè Magdeburgum. 28. Martij. 1622.

Georgius Ioannes Peblis.

Atque hæc de opibus eorum, qui Marti ſuo totam Europam deſtinabant: nobis diuitiarum nulla iactantia fuit, neque paupertas noſtra (ſi quæ fuit) prudentum ſermone lacerari debet, quia conſcij aut tenuitatis, aut prodigæ militiæ ſumptus, bellum nullum inchoaſſemus: inchoatum tamen à vobis propulſandum erat coniunctis opibus, quæ licet pares Creſianis non fuerint, ſuffecêre tamen Dei munere vt debellari b. lli funeſti auctores poſſent: Nec pudet Catholicos mutui, diſplicent enim ex prædis coaceruata ſtipendia: militem in aciem educere glorioſius duximus, quàm veſtro exemplo, terrarum prædones agere.

CAPVT XII.

Enarratio rationum ac cauſarum impellentium quibus Vnitorum quiſque ſuo loco, vt Vnioni ſe adſociaret, motus fuerit.

pag. 1.2. & ſeq. in Secundo Membro Principali.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

An Vniti omnes & ſinguli has Bauarici ſcriptoris adſertiones probaturi, nec virulentum aculeum ſibi, etſi relinquatur toti poſteritati infixum, exempturi ſint, ipſi videlicet habent, quod apud ſe perpendant. Verum in Genere & ad Communne veritatis patrocinium Lector celandus haud eſt, Vnitis prorſus euenire, quod illo Liuij dicto proditum eſt: Communis metus optimum Concordiæ

cordiæ vinculum *Communis quippe metus & commune periculum coire illos coegit, quum aliud nullum ſupereſſet medium, curſum & impetum Bauaricæ exſecutionis, quæ auſpicatum adeo Donavverda principium nacta fuerat, infringendi. Hinc Monachij Elector Palatinus & Vnitorum nonnulli alij in tantum odium incurrerunt, quod Bauarici cenſuerunt, hunc, vt ita dicamus, ſyncretiſmum & coniunctionem ab illis præcipuè diligentius promotam fuiſſe.*

At ſi res rectè perpendatur, ipſi adeo Saxoniæ inferioris & plures Euangelici Status alij Vnitis acceptum tulerunt, quod à quindecim hactenus & pluribus annis quiete & ſecuritate aliqua ipſis frui conceſſum fuerit. Nam Romano Catholici contra Vnitos, tanquam proximos tela ſua & Conſilia direxerunt. Quare & in Prouincijs Germaniæ ſuperioribus, vbi Pontificij ad Danubiū, Rhenum, Mœnum, Moſellam, cunctas vires ſuas in propinquo habuerūt, res primum in neruum erupit, & ad arma peruenit: præteritis vel ſepoſitis potius vtriuſque Saxoniæ Statibus. Nunc enim poſtquam Ligiſti & Hiſpani Palatinatu potiti, etiam Rheno à Baſilea Veſaliam vſq; incumbūt, firmatis præſidio militari commodioribus locis, etiam ad Salam, Veſurgim, & Albim ſigna ſua dirigere incipiunt.

FABIVS.

In fœdera metus cogit Principes & populos: quia enim aduerſus ſingulos facilè victoriam hoſtis reportat: ita aduerſus plures deſperat. Ergo ne Catholici nunc hunc, nunc illum opprimerent, & olim nemo ſupereſſet, coiere in vnum Caluiniſtæ, ac quoſdam etiam Lutheranos trahentes, Vnione ſub vna ſibi ſuiſque fortunis ſtatuêre aſylum. Si nos Catholici metum intendimus, ſi minati ſumus, ſi noxij fuimus, prudenter, & vel AEaco Iudice, iuſtè meritoque: ſi quieti fuimus, ſi pacis amantes, ſi æqui cultores, haud magna cauſa ſuppetebat fœderandi tam varios & valentes cœtus. Sed Donavverdæ exemplum terruit: quid Donavverda ad Caluiniſtas? Pacem Religionis violauerant eius vrbis ciues: Pax aſſerta eſt armis, quia dare nolebant inermibus, aduerſus Imperij ſanctiones: Vaniſsimè verò blandiris Pleſsi, & vobis Pacem arrogas Saxonicam, quaſi eam beneficio Vnionis veſtræ populi illi habuiſſent, freno nobis iniecto ex metu veſtri, floruere ante natam Vnionem Saxones, nec laceſsiti, nec laceſſentes: & iam hodiè ſenſiunt fœdera veſtra ſibi damno fuiſſe vicini: Nam ignis & ipſos afflauit. Mars noſter ijs locis erupit, vbi veſter res miſcere cœpit, ad Salam, & Veſurgim militem duximus, quia vos ſecuti ſumus, nec aliter Albim ambimus, quam vt nec vos ibi conſiſtatis, & terræ euerſores terra pellantur.

CAPVT XIII.

Spiritum Caluinianum, conſortis impatientem, vbiuis rerum potiri & dominari velle, omnis diffidentiæ, turbæ, & ſeditionis motorem ac Impulſorem eſſe.

Pag. 7. 8. 9. & ſeq. in Secundo Membro Principali.

INFORMATIO ET RESPONSIO.

PLESSIVS.

PRimo per totam Cancellariam Bauarico-Anhaltinam, præſertim in ſecundo membro principali complures viros in Imperio honeſtiſſimos, qui ore & corde Auguſtanam Confeſſionem amplectuntur, ſub odioſiſſimo Caluiniſtarum nomine Compilator, quam maximè grauat. Secundo vnit os omnes Caluiniſtas vocat, deque eius iudicio Comes quoque Hohenloecenſis Caluiniſta eſt. Tertio Cōpilatori Caluiniſtæ ij omnes ſunt, quotquot Epiſcopatus aut bona Eccleſiaſtica inde à conſtitutione Pacis Religioſæ acquiſiuerunt, aut per Lutheranos capitulares Epiſcopi & Adminiſtratores electi aut poſtulati ſunt. Quarto omnes, qui multitudinem ſuffragiorum in Comitijs ſiue in pecuniarijs, ſiue in Religionis negotijs indiſtinctè non admittunt. Quinto omnes, qui de adminiſtratione Iuſtitiæ, tam in Aula Imperiali, quam iudicio Cameræ conqueruntur. Sexto omnes, qui de libertate Imperij & Statuum à maioribus acquiſita quidquam in Comitijs, aut alijs conuentibus mónere, aut proponere audent. Septimo omnes, qui Mundi curſum, quæque extra Imperium, veluti in Italia, Conſtantinopoli & Hungaria aguntur, cognoſcere ſtudent, ne omnia ſcilicet fide implicita, vti loquuntur, credere cogantur, quæ illis in Comitijs alijsque conuentibus à nonnullis tantum non Magiſtraliter præcipiuntur, inculcantur, perſuadentur. Et hoc quidem nomine potiſſimum Palatinis ſuccénſent, & Compilator quidem ipſis hanc ſollicitudinem pro graui exceſſu & enormi crimine exprobrat, quod quandoque de rebus in Italia alibique occurrentibus certiorem relationem & notitiam conſecuti fuerint?

FABIVS.

Quam multi creantur à neſcijs nobis Caluiniſtæ, paruo ſi ita eſt fructu. Vocamus eos Caluiniſtas, qui Caluiniſtæ ſunt, & Caluiniſticè agunt. Si verò vni alteriuè ſocio, ferale hoc nomen aduerſum eſt, quare ſe tam inuiſæ phalangi iungit? Scimus non omnes apud vos fœderatos Caluiniſtas fuiſſe, neque eos hac notâ inurimus, decepti tamen à Cal-

uiniſtis

uiniſtis cœpere nobis diffidere, quia Caluiniſtis fidebant; & falſum eſt nos inter Caluiniſtas numerare *Epiſcopos Proteſtantes*: tu id fingis, vt eos aduerſus nos exacerbes, fateris enim nobis annuentibus *odioſum eſſe Caluiniſtarum nomen*, & tamen illud amas: Neq; porrò, qui plura vota paucioribus poſtponunt, neque qui pares aut Iudices, aut Aſſeſſores Spiræ poſtulant, neque qui Iuſtitiam tribunalis Cæſarei accuſant, & libertatis Germanicæ memores videri volunt, Caluiniſtas omnes vocamus, tametſi Doctoribus Caluiniſticis, in hoc genere querelarum progreſſus fecerint: tacentibus Caluiniſtis nunquam loquuturi. Hoc quoque numero comprehendi eos, qui res & gubernacula Regnorum certis indicibus cognoſcunt, tam verum eſt, quàm verum eſt Pleſsium in Bohemia hodie cœnare; timet cœnas, poſt quas prandere non licet.

PLESSIVS.

Quod eo mirum eſt magis, quum conſtet, Ducem etiam Bauariæ ſuos habere emiſſarios, & crebras relationes, maximè ex Anglia per Anglos, tam Monachij, quam alibi commorantes. Satis quippè ex Panegyrico Vrbani Freidenreich, videre eſt, Duci Bauariæ, quàm exigua Bohemici negotij bellici cura in Anglia futura eſſet, longè fuiſſe exploratiſsimum, vt expeditionis ſuæ in Auſtriam ſuperiorem, poſteaque in Bohemiam, rationes melius inire potuerit. Idem in Epiſtola Ducis Bauariæ ad P. Richardum Blondum Anglum Ieſuitam, vel ad litteram legitur. Eius ſub finem hæc ſunt verba; Interim R.V. pergat nos de iis certiores facere, quorum notitiam cenſet ad Religionis Eccleſiæ Catholicæ bonum tuendum promouendumque conducere. Sic enim & nobis pergratum faciet, & mercede dignum præſtabit Deo officium, &c. Ex Nouoforo in ſuperiori Palatinatu 20. Octobr. 1621. R.V. addictus Maximilianus. *Informatio, quam Dux Bauariæ ab hoc Vice-Prouinciali Angliæ petit; non profectò eſt de rebus Scholaſticis aut Anglicis Ieſuitarum collegijs & ſeminarijs (de quibus Rector propriè Societatis Monacenſis certior reddendus) ſed eo directa, vt intentio Magnæ Britanniæ Regis & inclinatio ad defenſionem reliquæ in inferiori Palatinatu portionis exploretur, vt ſecundùm illam, tanquam ad cynoſuram, Dux Bauariæ in occupatione eiuſdem Palatinatus eo citius progredi poſſit. Hæc enim per Ieſuitas Anglos omnium optimè cognoſcuntur, quum illi manè norint, quæ veſperi in ſecretiori Regis cubiculo peragantur, norint, inquam, non tantum quæ agat Rex, ſed & quid acturus ſit. Vnde etiam Romæ degentes Angli Ieſuitæ ſuas, quas ſingulis ſeptimanis ex Anglia accipiunt, litteras ipſi Papæ offerre ſolent, ſic vt Romæ ſecretiſsima quæque ex Anglia hac ratione adeò comperta ſint, vt nemo non obſtupeſcat.*

Digitized by Google

FABIVS.

Si ij quibus mos eſt alienis in Regnis exploratores agere, Caluiniſtæ ſunt; næ hoc quoque nomen non effugiet Elector Bauarus, qui Angliam quoque à Bauaria magno interuallo diſtantem perſcrutatur emiſſariis Ieſuitis. Exploratum id primò ex Panegyrico Freudenreichij, Bauaro Victori dicto, in quo id dicitur, quod omnis Orbis non neſcijt, Socerum Generi facinus improbâſſe, nulla inde Palatino auxilia ſperanda, quia nulla parabantur: O quàm arcana hæc fuêre myſteria! & tamen in vulgus venere, mundo omnia vidente. Dein Bauarus Elector *Blondum Ieſuitam hortatur, vt ſi quid viſum fuerit, ad bonum Religionis pertinere, ſibi ſignificet*: Ergo in Anglia corycæos Bauarus habet, qui omnia venantur, & aliò tranſmittunt; Bauarus, ſi neſcis, amicior Anglis eſt, quàm tu Adulator Regis Angli: Hæreſis veſtra Catholicis infeſta, quos noſtræ Religioni addictos deprehendit, carcere ſæpè & vitâ mulctat; pro gratia, ſeu imperatum, ſeu ſponte ſuſceptum exilium eſt: Ergò multi ſæuitiam metuentes deſertis Patriæ fortunis, in diuerſas Europæ migrant partes, ſecuri alienâ miſericordiâ. In hos Princeps Bauarus præter meritum extorres, calamitate motus beneficentiam effudit, & re ipſa edoctus, haud malè ſua beneficia collocari, benefacere pergit; quod dum optimè merito Principi ſignificat Blondus, bonũque Catholicæ rei inde effloreſcere ſcribit, ac Princeps monet, vt paria quoque deinceps nuntiet, omnia plena mox ſunt Pleſsio exploratoribus, qui etiam ſacroſanctum Regis cubiculum perluſtrant, omnia audiunt, omnia produnt, futura quoque pandunt; Quod niſi præteritis annis factum fuiſſet, Dux Bauarus Palatinatum, tam citò non occupâſſet; timuiſſet enim Regem Angliæ, niſi Ieſuitæ ſcripſiſſent, eum loricatum cubitum non ire.

PLESSIVS.

Quum itaque Bauariæ Dux, & ipſe Papa, eo quem diximus modo cuncta Regis Britanniarum, aliorumq́ proculdubio Euangelicorum Principum, ſecreta tantoperè explorare laborent, ecqua fronte Compilator Palatinus alijſque tantopere exprobrare, & pro delicto contra Imperium perpetrato imputare poteſt, quod ipſi quoq́, rerum, quæ in mundo geruntur, notitiam aliquam conſequi ſtuduerunt?

FABIVS.

Neque te in Imperij leges quidquam commiſiſſe, neque curam tuam in lõginquas etiam terras propagatam inceſſere Compilator voluit:

luit:

ſuit. Quid enim ad illum tua curioſitas? Omnem etiam Oceanum & Neptuni Regna perluſtres, curioſi nomen feres, non ſceleraci. ſtat ſua cuique noſcendi libertas; aliud eſt, quod vobis probroſum dicimus; quadruplatores vos eſſe cum pernitie generis humani, querimur; Arcana enim ſcrutamini, vt noceatis; vt oculi veſtri emiſsitij inſidias innocentibus tendant. Nobis aduerſus hos Argos per Europam ſparſos prouidentiâ opus, vt veſtigia ſolùm veſtra in malum icura noſtrũ veſtigemus; cautiores nos aliena malitia facit; Quid enim aliàs delectaret noſſe nos Imperium Iouis in Creta? ſua ſe quiſq; iactet in aulâ: nos noſtram Spartam ornamus, imò vix defendimus quacunque vigilantia aduerſus abditos Caluiniſtarum aſtus; qui inter tot mala, hoc tamen commodi nobis præſtant, vt erudiamur.

PLESSIVS.

Poſt hæc videre volupe eſt, vt compilator pag. 20. & ſeqq. calore diſputandi & ferventi contra Caluiniſtas odio ſe abripi patiatur, tantum vt Electorem Palatinum aliosq; grauet; illisq; tribuat, quæ ne per ſomnium in mentem venerunt, ſed quæ omnia ab exteris eorumq; miniſtris Zelotis Romano Catholicis contra Imperium Originem ceperunt, acta ac peracta fuerunt. Nam motus illi, ad perniciem communem conflata in Rhætia turbæ, per Papam Paulum V. odio & vindictæ in Venetos ſtudio, & vt ex illis horum interitus acceleretur, concitata, poſtea à Miniſtris Hiſpanicis continuata, & demum in præſentes haſce extremitates deducti ſunt. Nuperum ſanè in Gallijs inteſtinum & ciuile bellum Proteſtantes non inchoarunt, ſed in nouo Conſilio conſcientiæ Pariſiis illud decretum, Romæ perſuaſum & ſubminiſtrato fomento accenſum eſt; quod notorium in tota Gallia, ac voto inſuper cuiuſdam Ieſuitæ, quod in Conſilio protulit, probari poteſt. Cur verò Regis Galliarum à matre diſſenſionem Caluiniſtis attribuit, & ex eo obliquè Vnitos pungit grauatq;? Fuere qui in Galliis in plateis diſcurſitant, originem diſſenſionis illius decantant, odium nimirum, æmulationẽ & diffidentiam inter Reginam viduam, huicq; adhærentes; ac inter Dominum de Lunes & huius aſſeclas. Quid rei Caluiniſtis cũ bello in foro Iulij geſtô, quod ſequela fuit litigij propter Vſcochos inter Auſtriacos & Venetos exorti? an Conneſtablius Ledigeirius bellum Montiſferratenſe promouerit non vſq; adeo compertum eſt: ipſe ſicubi opus ſe defenſurus eſt. Vniti, vtpote nõ ſollicitati, nec ſuaſere illud, nec diſſuaſere: qua de cauſa, & qua occaſione Sabaudiæ Duci ad conſcriptionem peditatus Germanici gratificatum fuerit, ſuperius primo capite deductum eſt.

FABIVS.

Veniamus ad alios Orbis motus, quorum etiam Catholici auctores, nam Caluiniſtæ ne muſculum quidem toto Orbe exagitãrũt: Pau-

lus V. Pontifex Maximus odio Venetorum ſeditionem apud Griſones mouit, motamque excepêre Hiſpani, & magno augmento aluére, atque hinc fatale illud Montanorum malum. Aſpicerem os tuum Pleſſi, ſi ſcirem rubere poſſe; audes tu Pontificiam Maieſtatem vellere ob turbas Griſonum? adeò is motus illius cauſa non fuit, vt Vallis Telinæ incolæ palàm queſti ſint in calamitate ſua, quam à Caluiniſtis patiebantur, è communi parente ſe deſeri: Quòd ampliùs eſt in eam ſententiam iuit primum Pontifex, vt ad auertenda peiora, omnia reſtituerentur priſtino loco. Caluiniſtæ primùm apud Griſones ſignis elatis claſsicum cecinêre, poſtquam enim fœdus icère cum quibuſdam Vnitorum, conſcriptis Germanicâ pecuniâ aliquot Ducibus & Centurionibus, vt tutius Italiæ aditus Cæſari Hiſpaniæque Regi clauderent, & ſuæ ſectæ Principes in Germania iuuarent, proritare cæpère Vallem Telinam optimorum Catholicorum Sedem ac Patriam; Quod vt clarius eluceſcat, & ob oculos ſtatuatur, Griſonũ turbatores, haud pigeat lectorem Principis cuiuſdam Germaniæ Epiſtolam ad Palatinum iam in Bohemia aliena ſceptra tractantem pellegere ea; interprete calamo alieno ita habet:

SERENISSIME REX.

CVm ſua Regia dignitas, non ita pridem de Griſonum negotio cum litteris, tum coram per Dominum al Erlach fuiſſet edocta, eam id nobis reſpõſi reddidiſſe meminimus, ſe illud proximis comitijs Pragæ, quo rem reiecerit momentis ſuis penſiculatius ponderaturam: at enim è re nata à tribus Griſonum ordinibus, ciues duo cum litteris nobiſcum ſunt, quibus Norimbergenſi legationi reſpondetur, quam ad ipſos Vnionis nomine claudendo ſuper tranſitu inſtituerunt: ij vt Heidelbergam attigerunt, legatione apud Ducem Ioannem Comitem Palatinum peractâ ad nos ab eodem miſsi impetrata hiſce diebus audientia mentem ſuã ſuorumque in hac ferè verba coram expoſuerunt. Ter ſibi litteras ab Vnione allatas, quorum caput de aditu hoſtibus intercludendo fuerit, ſe itaque eorum, pro eo ac par ſit, voluntati gnauiter moremgeſturos, quando & ipſa locorum natura ad hoc conſilij cumprimis faciat. & ea gratia frequenti leuis armaturæ milite vallem Tellinam iuxta & Griſoniam (qua aliter Mediolano biduo in Tirolim hoſtis ſe emergeret) ita occupaturos, vt nequa facilis cuiquam pateret tranſitus, ſi quidem iam dicti Ordines proprio nomine in ſuo Griſonum agro bis mille vel eo minus centuriatos milites impenſa ſua ſuſtentarent; quod vbi futurum eſſet, vt ipſis probaretur, nihil niſi maturato opus fore, in Mediolanenſi namque Prouincia & Neapolitanis Regnis iam iam ingentem militum vim eſſe coactam, qua fieri poſſet, vt per Griſoniam armatâ etiam manu ſi neceſſe foret, penetrare ſe conarentur. Ceterum ſuorum primipilorum, & maxime optimorum Ciuium nomine

mine id vnum ſe enixè contendere, vt ne ſibi vitio vertant, quod qualis qualis militum, manus Boiorum Duci, quorundam peſſimorum ex ſuis opera lecta & ſubmiſſa ſit, quando id non impune fecerint, eos enim, ſiue qui praeerant, ſiue qui ſuberant palam in ſuggeſtu auocatos pertinacium fortunas publico ærario adiectas, illorum denique auctoribus igni & aqua fuiſſe interdictum, praeterea ſibi pergratum fore oſtenderunt, ſi arctius ea ratione ſeſe coniungerent, vt ſuorum quiſpiam in Regiæ dignitatis aula eiuſdem impendio, & ex aduerſo quidam Vnionis cauſa inter ſuos curaret.

Ex quo cum abundè conſtet rem hanc vniuerſam, quantumuis perſpiciatur non ſolum è diuino arbitrio promanare, ſed etiam Griſones cùm exploratum in Religionem noſtram ardorem, tum à magno quem oſtendunt animo, & quod caput eſt, ob inſignem ipſorum ſitum aliquo numero habendos eſſe facere, nec debuimus, nec verò etiam potuimus, quin eorum petitionem accuratè diſcuteremus, ex qua ſatis intelligimus pium eorum in nos officium nequaquam repudiandum, ſed cum gratiarum actione accipiendum properandumque, cum dubio procul miles Mediolanenſis, vbi hoc aduerteret, nihil prius eſſet habiturus, quam omnia feſtinare; & ipſi Romana Secta hic locorum inquilini totum negotium ſi eſſet, vt emanaret & impeditum ſtrenuè, & ſuis partibus indicatum irent. Cum itaque eo fine per noſtros cum ipſis hac ſuper re amplius eſſet actum, id ex ipſis cognoſceremus procliui fuit, vt interea temporis, dum de ſumma rei agitur, contenti futuri videantur, ſi tria peditum ſigna, quorum quoduis ducenta cenſeat capita, Regiæ ſuæ dignitatis, Vnionis, & trium in Griſonia Statuum nomine, ex ſuo corpore lecta & luſtrata, itineribus Prouinciæ ſuæ tuendis educamur, quibus pro ſuâ parte Ducem, Herculem de Salis, Baronem equitis, aut Iacobum Bruinel ab Altenſtein nominarunt, rogaruntque inſuper, vt cuiuis deſignatorū cohors vna crederetur: quod ipſis ſuo modo, vt ex appendice Num. 2. colligere, conceſſimus: cum autem ſermo ad ſuſtentationem proceſſiſſet, pro cohorte vnâ duo florenorum millia & vnum, extra Centurionis & Signiferi ſtipendium popoſcêre; in arma verò & hoc genus bellica inſtrumenta, ſi qua nempe fieret, vt ea commodare neceſſe eſſet, bis mille florenos & ſexcentos, cum quadraginta octo ſeſtertiis cuiuis militi auctoramentum. Quod poſtulatum vbi aduertimus ſolitum Vnionis ſtipendium excedere, curauimus vt illis cōditiones, iam modo conſcripti ab Vnione militis, quibus mitiora perſuaderentur, proferrentur, firmâ ſpe nixi futurum, vt ſe noſtro mori accommodarent, ſi perpendere velint id potiſſimum ex ſuo ipſorum commodo fore. Enim verò quando de capite rei, ſua Regia dignitate non praeſcia, quid amplius decernere nobis non eſſe integrum, ab ea litteris hac ſuper re ſcriptis reſponſum praeſtolari placuit, cū igitur nobis dubitare porro non liceat, quin ei hoc negotium cordi futurum ſit, dum animo complectimur illud non ſolum Regiæ ſuæ dignitati Bohemiæque Regno: Sed & reliquis fœdere coniunctis Prouinciis & Religioni noſtræ maximè commodaturum, etiam atque etiā obteſtamur, vt

mur, vt ſe pro virili parte, ſuo bono in proximis præſertim comitijs fortem huic rei adiutorem præſtet: Interea loci, vt iſti noſtrum in ſe ſincerum animum perciperent, bis mille florenos ea lege tribuimus, vt militiæ præfectos rerũ gnaros ad manus haberent, vel alias ex Euangelicæ Religionis vſu, quæ eſſent prudentiâ deligerent, deinceps autem acquieſcerent, dum de ſumma rei concluderetur. Ad hæc quia vt prioribus litteris reſponderemus obnixè poſtularunt, committere noluimus quin eorum petitioni ſatisfaceremus: quod ſibi per gratum accidiſſe, vt oſtenderent, ſuâ inſuper ſponte ſubiecerunt, ſi quà fortè priuſquam res exiret, miles quicunq; peregrinus, cum religionis detrimento ſibi aditum in regione ſuâ quæreret ſe illum pro viribus ſuis, cui vitæ etiam & bonorum diſpendio non inſtrenuè prohibituros. Quoniam verò etiam præfetulerunt quod, ſi eſſet vt Vrbes Tigurum & Berna perſuaſæ coniunctis viribus Hiſpanos ditione ſuâ arcere vellent, nihil in ſe moræ futurum eſſet; quin S. Gotthardi ſaltus occuparent. Ad Badenſem noſtram & Argentoratum Ciuitatem litteris datis, vt res quam primũ perageretur, quo fieret, vt cum Griſonibus negotium faciliorem exitum faceret; cui rei magnoperè adiumento fore arbitramur, ſi Regia ſua dignitas, ſiue ſuo, ſiue Vnitorum Statuum nomine iſtud Negotij Venetis ſignificaret, quò & ipſi propter aditus & hoc genus alia cum Griſonibus arctiori fœdere, fortunâ ſic blandiente, connecterentur, quod non tam ex ipſorum, quam amicorum etiam re foret: de quo ex aduerſo Griſones quoq; erudiantur neceſſe. Hæc ſuam Regiam dignitatem pro eâ qua in ipſam & Euangelicam Rempublicam ſunt pietate, celare noluimus, & vbi opera noſtra vſus erit, nihil in nobis deſieri patiemur. Rotenburgij 11. Martij, Anno 1620.

Hæc Princeps ille, quibus Lector certior fit de initio & progreſſu Griſonici motus; mox enim vbi Legati geſta domum retulêre, conductus alieno ære militibus, infeſtari cœpti Catholici, qui dum vim non ferunt, bellum naſcitur, ipſis auctoribus infelix, caſi enim varijs locis etiam libertatem amiſiſſent, niſi alij ſua auctoritate interceſſiſſent. Rex quoq; Gallus Hugonottas nuper innocentes armis vexauit ſubdentibus calcaria Catholicis; nam Pariſiis decretũ odio Religionis temere bellum; ſuffragante inter alios quodam Ieſuita, cuius votum ſe noſſe ſignificat Pleſſius, & nomen neſcit! quaſi verò mundo non conſtet Ieſuitis in curia illa nullam eſſe Sedem. Regis Chriſtianiſſimi, Matriſq; certamen, quis excitarit, omnis Gallia narrat; inde innocentiam tuam accerſe, lentè veniet. Sed quia me in Galliam duxiſti, circumſpicio amænos illos campos Anno 17. infeſto milite decurſos & quidem contra Regem.

Tribunus militaris Gent, tuæ Religionis homo, lectis fauore & auxilio veſtro Equitibus vias quaqua duxit apertas apud vos habuit, largo & amico comeatu, ne quid remoraretur, quo tardiùs ad Regẽ veniret hoſtis: & certè oppreſſum vos voluiſſe Regem, quem iam infimis

opte-

obteſtationibus ad auxilium ſerendum prenſatis, narratio Poblizij docet, miſit enim certum hominem Palatinus Frācofurtum, qui W indenakerum & Rheingrauium Regiarum partium duces, à conquiſitione militum delectuque non dehortaretur ſolum, ſed etiam impediret, datis & ad Regem, vt aiunt, litteris iras & diras denuntiantibus, ſi bello quos cœpiſſet, pergeret proſequi. Nec dubiū eſt ituros vos in Galliam fuiſſe, niſi morte Anchreana diſcordia finiſſet: Vtinam iſſetis, quia manere ſoletis crebro & memorabili Gallis exemplo.

Ad Belli in foro Iulii inter Catholicos geſti compoſitionē certum eſt nihil ſollicitudinis attuliſſe Caluiniſtas, maluiſſent inceptum, cum deſiit: eadem ſententia eſt de bello Mōtisferratenſi. Dux Sabaudiæ vobis poſtulantibus & decipientibus militem miſit, omiſſurus, ſi mox vos nouiſſet: iam nouit, & deſerit.

PLESSIVS.

Pag. 21. In ſecundo membro adfirmat, de Zvvinglio-Caluiniſtarum Helvetiorum ope & acceſſu ne dubitatum quidem fuiſſe. Quam hic rem acu tetigerit, docuit experientia. Pagi quippè Heluetici vnitis ne vnicum quidem militem miſere vnquam.

FABIVS.

Quid meruit Compilator quod affirmet, nunquam dubitatum fuiſſe apud vos de ope Heluetica? Non video ipſum acu rem non tetigiſſe, quia tametſi illi vobis non acceſſerint, non propterea, vos nō dubitâſtis de eorum ſuppetijs. Imò nec de aliis multis dubitâſtis, & tamē experientia docuit falſos vos fuiſſe. Cui dubium apud vos fuit, veſtrā Bohemiam futuram in neſcio quot luſtra? adeo tamen Bohemia in poteſtate veſtra non eſt, vt vos ipſi ſitis in aliena.

PLESSIVS

Pag. 23. In ſecundo membro dicit Caluinianum ſpiritum Bohemos docuiſſe primum admouere arietem, vtq; de feneſtra proceres præcipitando, ſclopos hoſtiliter exonerando, & ad arma conclamando telam illam ordirentur. Reſponſio: Hæc fundamenti omnis & rationis ſunt expertia. Illa enim præcipitatione per feneſtram præmeditati nihil factum eſt: ſed certum, tum cum Bohemi in conclaui captandis conſilijs deſtinato Directores & Officiarios Regni adirent, talem proceſſum ab ijs minimè fuiſſe decretum, ſed Directorum, Martinizij præſertim minas ſpirantia verba, indignitatem rei, iuſtiſſimum dolorem, patientiam ſæpius læſam, & primos motus (qui ſecundum Philoſophos non ſunt in noſtra poteſtate) illos abripuiſſe. Quo ergo pacto Bohemi ab

Q Vnitis

Vnitis & Caluiniſtis ad hæc, vt Compilator adſirmat, inſtituti inſtigatique fuerunt.

F A B I V S.

AErumnæ tuæ credo faciunt, vt & memoria & ſenſus tui hebeſcant. Quia enim Compilator ait, *Caluiniano ſpiritu admotum arietem, proceres de feneſtra præcipitatos, ſclopos hoſtiliter exoneratos, & ad arma conclamatum*, adijcis tu, *Hæc fundamenti omnis & rationis ſunt expertia*. Belliſsimè Pleſsi, nihil toto tuo libro verius, nam reuera omnia illa quæ ſeditiosè & hoſtiliter egiſtis, *omnia fundamenti & rationis ſunt expertia*, ſi enim ſapuiſſetis, & Regis Auctoritas veſtri, & ſtaret chariſsima Patria, rebellante furore lacerata & perdita; placet & illud quod ſubnectis; *illa enim præcipitatione per feneſtram præmeditati nihil factum eſt*: Omnino Pleſsi; Oracula incipis fundere, *nihil præmeditati factum eſt*. Nam ſi mens vobis fuiſſet, ad præmeditandum apta, omnis fanatica turba, quam mouiſtis omiſſa fuiſſet, nemo enim cum ratione tam immaniter furit; At vos Comitis *Martinizij minas ſpirantia verba* accendêre; & hoc credo: nitratus puluis & igni proximus, minimâ ſcintillâ exardeſcit. Libido Caluiniana fuit, quæ vos agitauit: ſuppurans vlcus, etiam leuem tactum, durum iudicat: vos minas non ſpiraſtis, ſed cædes. Quid verborum minas ijs obijcitis, quos truculentæ neci dare parabatis? ſed vobis prompta excuſatio: *primo in motu*, qui peccatum non eſt, omnia acta: nos verò omnia egimus in *ſecundo motu*, & minus peccauimus quàm vos, quia peccantes coërcuimus. Et ipſi fatemur *motum primum* apud vos inualeſcere, quia iam multis annis, quidquid infortunij obtingat apud vos *primus motus* eſt. Sicut autem non perſuademur vos tragœdos Pragæ factos fortè, ita neq; credimus, nihil ab *Heidelberga* conſilij impertitum ad tantum facinus: ſuadet facinus, qui facinore regnare cupit.

P L E S S I V S.

Pag. 37. in 2. membro, vt & alijs libri in locis, Compilator Ciuitatibus Vnitis cauda vulpina blanditur demonſtraturus, maiorem Vnionis molem & onus illis ſolis propemodum incubuiſſe, adeoq; leoninam quaſi ſocietatem cum illis Status ſuperiores coluiſſe. Sed illi ſcilicet, quod ijs, qui in aliena Republica, volunt eſſe curioſi, oculati & acuti: euenit. Licet enim ipſas Vnionis rationes manibus teneat, illas tamen non ſatis intelligit, nec adſequitur, quæ ratio fuerit vnius alteriusue ærarij, quæ diuerſa erant Norimbergæ & Heidelbergæ, ſed grauiſſimè impingit, vt Lector pluribus videbit ex Myſterio iniquitatis iuſti Iuſtinopolitani conſid. XXI. Melius ſanè Ciuitates noſſe debebat, nec vſq; adeo ſimplices putare, quibus tam parum inſit mentis, vt in rationibus pecuniarijs ſe defraudari patiantur.

FABIVS.

Vulpinę nos caudæ non delectant Pleſsi, quia nec animalia, quorum partes ſunt, amamus Caluiniſtas: blanditias, quas vos adhibuiſtis in vrbium cœtibus commemoramus, & oſtendimus diuiſas apud vos operas: alij prompſerunt, alij expenderunt. Qui ambigit an Ciuitatum ærarium iacturam fecerit, illarum iudicio ſtet, nobis non ſeritur, ſed neq; Ciuitatibus ſine ſpe profundentibus ſua, deſiêre tamen citò munifici eſſe, quia ſapuêre, quod vos non credebatis, ſtupidiores ijs ipſis, quos tales futuros putaſtis. Quod autem vobis æraria fuerint, haud magni momenti duco, ſatis eſt non fuiſſe altum in omnibus fundum.

PLESSIVS.

Pag.6.in 2 membro, carpit Compilator Vnitos propter auxilia in cauſa Iuliacenſi præſtita, quod quidem omiſiſſet conſultius. Viuunt enim hodieque complures ſuperioris inferiorisq; ſubſellij homines, qui rebus illis interfuerunt, illarumq; exactiſsimam habent notitiam. Vnitorum intentio ex edito tunc publico ſcripto omnibus innotuit. Inopinatus, itq; clandeſtinus Archiducis Leopoldi Iuliacum aduentus, vrbis & propugnaculi primarij in tota Regione occupatio, in Imperio & vicinis adeo ſuſpecta erant, vt præter Vnitos, Regis quoque Galliæ & Magnæ Britanniæ, tum & potiſsimi confœderati Belgij Ordines, ſua haud parum intereſſe cenſentes, obligatos ſe eſſe iudicarint, vt proximis hæredibus, qui ex Priuilegio Caroli V. fundatum, liquidumque Ius habebant, auxiliarem manum porrigerent. Ac norit Compilator, etiamnum Protocollum in promptu eſſe, & exhiberi poſſe, quod in Curia tunc Cæſaris Aulica collectum fuit, in quo votis conſentientibus concluſum, Prouincias Iuliacenſes, Imperio apertas ac deuolutas, Cæſariq; Ius eſſe, vt illas ſibi vendicaret. Scripſiſſe etiam Pragam tunc Duſſelobagi reſidentem Cæſaris Commiſſarium Ioannem Ruhardum à Schönburg bellicum præfectum, ſerio monentem, ne vel ideo Prouinciæ Iuliacenſes è manibus dimitterentur, quod omnibus illis, quæ Auſtriaci in Hũgaria poſſideant, locupletiores melioreſque longe ſint. Ac hæc quidem ad informandum de auxilio Iuliacenſi Lectorem.

FABIVS.

Conſultiùs tu iſta omitteris Pleſsi, quia nemini obſcurum eſt, vos Caluiniſtas Iuliacenſem dominatum à manu Cæſaris vindicaſſe odio Religionis, non amore Iuris: nam poſtquam Sereniſsimus Neoburgenſis, ſacra Romana complexus eſt; nihil porrò Ius valuit: exactũ Iuliaco præſidium eius, & ni vicini Principis armis adiutus fuiſſet, omnibus illi Prouincijs cedẽdum erat, & quidem *proximo hæredi*, vti tu

loqueris, *qui ex Priuilegio Caroli fundatū liquidumq; ius habebat:* Agnoſcis tua verba Pleſsi? ſi Dux Neoburgicus proximus hæres fuit; ſi fundatum liquidumqueius habuit, vos Caluiniſtæ contra Ius ei Iuliacum ademittis, ademturi etiam cæteras terras contra æquitatem. Itaque in publico veſtro ſcripto Iuſtitia obtentui fuit, vt Catholicus ſucceſſor excluderetur; Quâ autem tu cauſa *Protocollum Cæſareum* appellas? nefaſne fuit Conſiliariis Cæſareis, Cæſaris ius exequi? Vidi Lutheranę quoque Academiæ diſſertationē, quâ, hâc ipſa de re, diſceptabatur, & Cæſari Prouinciæ illæ viduæ addicebantur, atque idcirco, & quia caducæ videbantur, & quia locupletiores erant partibus in Hungaria, ab immani Turcæ dominatu liberis, non mirum eſt, ſi Cæſari cordi fuerint; vobis tamen cordi ſunt aliena.

P L E S I V S.

Pag. 41. & ſeq in ſecundo membro ait Compilator, nidum pro Hollandis Mulhemij in fraudem Colonienſium priuilegiorum ædificatum fuiſſe, ſed hic egregiè diſsimulat, quod Epiſcopus Spirenſis inſigne fortiſsimumque munimentū, quod ille ceu iugum Vrbi Spirenſi impoſuit, cum ſummo Vrbis periculo, & Priuilegiorum detrimento, (nec ab eiuſmodi auſis vllæ Epiſcopum Proteſtationes dimouere potuerunt) tum etiam non minus ad æmulationem Palatinæ ius Electoralis, & in præiudicium viæ Regiæ, in qua Ius Salui Conductus eidem competit, Vdenhemij exſtruxerit.

F A B I V S.

Vt fauſtum certè fortunatumque eſſet Colonienſium Vrbi Mulheimenſe propugnaculum Hollandi non ædificârunt; Perditum hoc opere ibant nobiliſsimam antiqui Imperij Coloniam, negotiatione cunctâ ſui Iuris facta, vt meritò Cæſar diruendum pronuntiarit, dato Spinolæ fortiſsimo Duci imperio, dignius aceruis & ruderibus, quam Germaniæ hônos Colonia. At tu Vdenheimium apud nos oſtentas, quaſi & id in damnum Viciniæ exſtructum. Sed oro te, cui id nocumēto ſit? an & ibi Emporium inſtitutum cum præiudicio Spirenſium? Vobis ſolis Caluiniſtis ad illam tutelæ molem ægreſcebant oculi; vobis ſolis pernitioſa molituris inuiſum fuit Catholicorum vallum: nudos nos ex omni parte volebatis, vt omni ex parte feriretis; ſed ſtat Vdenheimium ſuperis tutantibus, æternus dolor æternis hoſtibus, neque vlla eſt *Regia via* per hoc intercluſa, neque ius *Salui Conductus* per ipſum Caſtrum Palatino competit: non enim concluſus locus eſt, vt vobis apertus eſſet claudimus; ne vobis venientibus, nos exeamus.

PLES-

PLESSIVS.

Pag. 42. In ſecundo membro, verſ. Wann der Vnkoſten, &c. *promittit ſi impenſa vrbis Donavverdæ cauſa facta reſtituantur, compoſitam rem fore. Sed hoc nihil aliud eſt, quam hominibus illudere. Nouit enim probè, ſublimioris gradus Euangelicos Status hanc ſibi & poſteritati ſuæ contumeliam nunquam illaturos, vt has impenſas reſtituant, præſertim cum notum ſit, quomodo in quæſtura Monachienſi eiuſmodi in caſibus ſubduci ſoleant rationes. Aliquatenus id idem olim experti ſunt Ligiſtæ. Sed melius adhuc experientur, & caput procul dubiò ſcabent, quando finales rationes inſpexerint. Ciuitates quoq; imperiales hoc onus ſubterfugient. Hoc enim, nihil aliud agerent, quam vt ſuo innemo malum ſibi accerſerent, ſi Ducis Bauariæ loculos bello & impenſis in acquiſitionem Pilei Electoralis Palatini factis (vt ex allegatis ad Colonienſem litteris ſuperius memorauimus) exhauſtos, implere rurſus ſatagerent, quo vice gratiarum actionis proxima in omnes & ſingulas exſecutio poßit eſſe expeditior. Interea tamen miſeri illi Vrbis Euangelicæ ciues omni libertate, tam quoad terrena bona quam libertate corporis & conſcientiarum ſpoliati, ab hominibus omnibus derelicti permanent. Quid illis profuit publica Cæſaris Rudolphi Anno 1609. promulgata declaratio, qua extra proſcriptionem, extra omnem inclementiam eſſe Donavverdam, ac in gratiam Cæſaris penitus receptam pronuntiauit? Quid miſeros ciues interceßio illa ad Ducem Bauariæ iuuit, quam illis Electorale Collegium, ac Eccleſiaſtici Electores ipſi (quo Saxoni & Euangelicorum oculis glaucoma obducerent) in Electorali Conuentu Normbergæ Anno 1611. impertinerunt? petentes ne ciues Donavverdenſes contra Pacem Religioſam grauarentur?* οὐδὲ γρῦ: *Quoniam Dux Bauariæ ex ſecretiori, quam cum Eccleſiaſticis Electoribus habebat, tabula, probè norat, qualis litterarum penes Eccleſiaſticos in puncto pacis Religioſæ intellectus, quæ interpretatio eſſet. Sic æquè vt prius in acerbiſſimo ſtatu miſera vrbs relinquitur. Sperandum tamen, tandem illam, veritatem dicti experturam eſſe,* quod quando duplicantur lateres, tunc venit Moyſes. *Prout nec dubium vllum eſt, deficiente omni auxilio humano, tandem tamen iuſtitiam diuina Nemeſis ſuo tempore vindictam ſuam oſtenſuram eſſe.*

FABIVS.

Donavverdam ex Hollandia magnis itineribus proficiſceris Pleſsi, vt nos odio oneres, cui ipſe ſuccumbis. Bauarus Elector mandato Cæſaris rebellem Vrbem compeſcuit, & hodiè tenet; libertati reſtituturus, ſi vel tu, vel alius impenſas ſoluat. At tu eũ *ludere* dicis; quocum autem *ludit*, oro te, Pleſsi? *Luderet* cum Crumena ſua, ſi nihil poſceret? An tu eum tam vecordem putas, vt reorum loco ipſe pœnam

pendat, & ſuo ære luat quod meruêre Donavverdani? ſi ſublimiores contumeliam arbitrantur oppignoratos liberare, liberent humiliores? ſi neutris placet; placet & Electori Vrbem à ſe captam tenere; ſed tu cretam Monacenſem times; non immeritò, quia omnia exponentibus fortunæ, magna debita contrahuntur; neque tu quoque vnum duntaxat millionem numerabis, ſi Rhenum vt tuum reuiſes. Bellum, partus veſter, beſtia eſt ingentis rictus, & magnos exercitus, aurique montes deuorat: qui bellum inchoat, tantam voraginem aut impleat, aut abſorbeatur ipſe. Bauarus Elector ſuos loculos ab Imperij Ciuitatibus repleri, vti non poſtulat, ita nec gratis Donavverdam reſtituet. *Pileus Electoralis* iam emptus eſt, iacturâ & veſtri & veſtrorum extremâ; neque propter hanc arca vacat; fortibus factis, & egregiâ in Cæſarem fide obtentus eſt: quod inſumpſimus, in rationes referimus veſtras, vobiſque calculos ſubducemus, aut terras: qui damnum dat, habeat, at tu abſque mendacio hinc te expedire non potes: ais enim *Ciues* illos *bonis terrenis ſpoliatos*, tu quâ re ſpoliatus ſis neſcio, veritate certè cares: quis Donavverdæ ſpolia legit? quis prædas egit? ſciens fallis lectorem parum nobiliter; ſed neque *libertatem corporis* amiſère, niſi te ipſum etiam mancipium putes, qui principi obedis *Conſcientiæ*, quid metuis? habitat apud quemlibet ſua, niſi forte Caluiniſtæ nullam habeant: ſi *ab omnibus hominibus derelicti* ſunt Donavverdani, etiam à vobis ſunt, niſi vos non ſitis homines, quod interdum credo. Abſolutio à banno gratiæ ciues illos reſtituit, non immunitati, vt nihi eī debeant, qui illorum causâ ſumptus fecit. *Collegium Electorale* monuit Bauarum, ne religionis cauſa miſeri vexarentur; non neſcio, ſed quis iniuriam paſſus eſt? profugientium querelæ nullo loco ſunt apud æquos Iudices; & mihi quoque pronum eſt, magiſtratum accuſare, quem odi; patior, quia neque ciuiliter obediens eſſe volo. Quid tu autem blateras de occultiore Epiſtola Electorum Eccleſiaſticorum? audeſne tu effutire tantos Principes aliam clâm ſcripſiſſe, aliam palam, vt Saxonem circumuenirent? exhibe publicè has occultas litteras, aut fatere publicè te Caluiniſtice loqui. Quare autem dolori tibi eſt Donavverda, quæ ſibi non eſt? O quantum fælicitate te ſuperat! agit illa optimo ſub Principe pacificè, & tu alienam tarram incolis, alieno cælo frueris, alienam quadram lambis paraſitorum miſerrimus: lateres pridem tibi duplicati ſunt, vbi Moſes eſt? veniet fortaſsè Moſes, ſed interficiet AEgyptios plagoſos, & in populum Dei iniurioſ, inter quos & tu es.

PLESSIVS.

Poſtquam nunc Compilator librum ſuum vndique & vndique mentione Caluini-

Caluiniſtici ſpiritus impleuit, cum etiam viuis,ſi Dis placet, coloribus depinxit. Lector fortè mirari poſſet, eccur Ieſuiticus ſpiritus, qui ſummum apud Romano-Catholicos honoris apicem obtinet, ſilentio prætermiſſus ſit? Quapropter ne Ieſuiticus Genius debito ſibi teſtimonio & encomio fraudetur, Ieſuitis coram viris doctis & grauibus (ſic enim à Mariana in libro de Inſtitutione Regis, Moguntiaci permiſſu ſuperiorum impreſſo, appellitantur) nihil contra Ius & æquum detrahatur; pauca etiam de Ieſuitico illo ſpiritu Lectori communicabimus.

FABIVS.

Compilator librum ſuum Caluiniſtico ſpiritu impleuit, quia vos eum ſubminiſtráſtis; quid enim ex tot Epiſtolis veſtris exſcriberem, niſi Caluiniſticum? Agè Talionis Ius exequere, imple ſpiritu Ieſuitico tuum librum; quid ſcribes? nec haſtas, nec bipennes, nec gladios, nec ſclopos, nulla belli, nulla turbarum conſilia; innoxius nobis calamus, innoxia vita: charta noſtra non ſanguinem, ſed atramentum imbibit; manus nunquam ferrum tangit, niſi cum tangitur, cui enim per has fatales Religionis lites vim intulimus? cui quid rapuimus? cui Ius violauimus? vos rei accuſatis inſontes, ne rei videamini. Sed perge, & Ieſuitas depinge: quia *docti* ſunt, imaginem ſui noſcent; & quia *graues* ſunt, ineptiam tuam ſilentio præteribunt, ſi *graues* non eſſent, riderēt. Mariana neminem *doctum* aut *grauem* appellauit, ſed Prouincialis, qui excudendi libri poteſtatem fecit: tres Cenſores his agnominibus affecit: non diffiteor tamen omnes Ieſuitas *graues* eſſe, ſed Caluiniſtis.

PLESSIVS.

Ieſuitæ poſt concluſionem & publicationem Concilij Tridentini, vt poſſeſſionem ſuam in Germania ſtabilirent, omnibus viribus laborarunt, ac quinquaginta & aliquot annorum ſpatio, inde videlicet ab Anno 1563. adeo excreuit illorum Societas, vt eorum in Germania & Belgio nunc vltra 2423. numerentur. Sic teſtante ipſo Adam Contzen, Ieſuita Moguntino, in diſceptatione de ſecretis Societatis Ieſu. Quibus quidem promouendis haud parum tunc Zelus Pij V. calidiſſimi feruidiſſimiq; Pōtificis profuit: qui Eccleſiaſticos in Imperio in ordinem redigere, ab Electoribus alijſq; Epiſcopis inſtitutionem Synodorum Diœceſanarum, introductionem & obſeruationem Concilij Tridentini extorquere adgreſſus eſt. Verum aliquot ex dictis Electoribus alijſq; Epiſcopis Germaniæ morā nectentes ſingulari hic prudentia, & moderatione, (ad declinandā facilius Proteſtantiū diffidentiā) vſi ſunt: Inter quos Daniel & VVolffgāgus Moguntini Electores haud poſteriores erāt, qui non tantū in conſilijs, præfecturis, miniſterijs aulicis, ſed circa perſonam propriam, inq; cubiculo priuato Euāgelicæ Religioni addictos

addictos fouere non reformidarunt. Similiter & alij Epiſcopi & Prælati eodem tempore Miniſtros Euangelicos ſine omni conſcientiæ ſcrupulo aluerunt, quod in tractu Rhenano, & Franconia notorium eſt, &c. At tunc quidem temporis in conuentibus Collegialibus circulorum, alijſque inter quatuor Electores Rhenanos inſtitutis amicè, tranquillè, prorſuſque fideliter vltro citroque peracta ſunt omnia. Quin Electores etiam Eccleſiaſtici cum Electore Palatino, Bipontino Duce, Haßiæ Landtgrauio, alijſque finitimis Euangelicis, non habito Religionis reſpectu, bonam omnino vicinitatem & correſpondentiæ coluere amicitiam. Cuius cauſa vnica eſt, quod ijdem Electores Eccleſiaſtici, conſiliarij eorum, & adminiſtri, non è Ieſuitarum ludo, ſed priſcorum candidorumque Germanorum prodierunt. Nunc verò cum à Romano-Catholicis, officijs omnibus, ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus, Ieſuitarum diſcipuli adhibeantur, directio inſuper in comitijs circulorum, aliiſque conuentibus, vt & domi in curia foris in præfecturis Prouinciarum, illi hominum generi (qui à Ieſuitis, à quibus etiam ad munera, tanquam illorum creaturæ promouentur, dependent, ac exſequutionem Concilij Tridentini exſtirpationemque Lutheranorum pectori infixam gerunt, ore licet aliud, quidquid velint dicant) committitur, mirum non eſt, nullum omnino apud Electorem Moguntinum aliosve Euangelicum conſiliarium præfectum, Equitum ductorem, Cubicularium, aut alium miniſtrum, vt quondam, inueniri. Quæ quidem mutationes indeque erumpentes effectus, exacerbatus puta in Euangelicos animus, variæ innouationes, & ad iuriſdictionem Papalem, pace religioſa ſuſpenſam, reducendam molitiones, cum ſimilibus Ieſuitico Genio & Zelo, iure meritoq́ accepta feruntur. Nec iniuria defunctus Saxoniæ Elector occaſionem inde dicendi arripuit, ſcire ſe velle cum Catholicis antiquæ notæ, an verò cum Ieſuita Catholicis res ſibi futura eſſet.

F A B I V S.

Primus penicilli ductus: Ieſuitæ tot iam annis laborarunt, vt poſſeſsionem ſuam in Germania firmarent: & Caluiniſtæ totidem laborarunt, vt ſuam ſtabilirent. Sed numerus Ieſuitarum admodum creuit; Caluiniſtarum nimium. Pontifex Summus, Pius V. Ieſuitis auxilio fuit, & Ieſuitæ Pontifici, ne paſsim omnia ſacra verterentur. Sapientiſsimo conſilio Pius Concilium Tridentinum Synodoſque inſtituendas ad reformationem Cleri, cui alicubi aliquid de veſtris moribus affricueratis, cenſuit. Quod ſi aliqui monitis ſanctiſsimi Pontificis cunctantiùs paruere, difficultates temporum obſtitere: veſtri cauſa nulla mora facta: Moguntina Aula Lutheranos olim non horruit, quia Germanici animi fuerunt; Caluiniſtis ideo locus non eſt, quod Chameleontis genuinum colorem nemo noſcat: variatur in horas. Eadem cauſa eſt, cur olim maior neceſsitudo inter Electores & Rheni

Princi-

Principes fuerit: candor morum in vtriſq; tum erat, quem vbi ſenſim Caluiniſticus ater inſecit, etiam amicitia obſoleuit. Vt fruſtra tu Ieſuitis culpam adſcribas: nam etſi ex illorum ſcholis multi ad Reipublicæ gubernacula admoueantur, nulla idcircò rei communi irrogatur iniuria, nemo detrimentum capit, niſi apud vos detrimentum ſit, non omnia veſtri eſſe arbitrij: In comitijs vos illis perſonas induitis, quia enim iniqua poſtulatis, haud quaquam benignos offenditis. Neque Ieſuitarum doctrina illis animos facit, ſed nimia audacia veſtra, qua Catholicos in neruos compingere ſtudetis. Supra dixi, nôs neque apud Lutheranos, neque apud vos quidquam nouare: ſi quid noui, vti putas, decernimus, nobis decernimus, neque inter nos vetereſque Catholicos diſcrimen Religionis eſt: diuerſus aliquando in diuerſis ardor eſt: alij calidiores fuere, alij frigidiores omnes Catholici, & non fuit vllum retrò ſeculum, quod omnes in omnibus pares tulerit numinis cultores: fortaſsè & in tua Caluiniſtica ſecta multi maiore flammâ torrentur, quàm tu ferueas: quamquam & tibi ſatis ignis eſt, multa enim terrarum incendia excitaſti: dictum Saxonis Electoris innoxium eſt: prout audiunt Principes, ita nonnunquam loquuntur, tu tamen aliter loqueris, etiamſi aliter audias.

PLESSIVS.

Hæc igitur ſinceris meritò Euangelicis omnibus, plurimi præſertim in Circulo ſuperioris & inferioris Saxoniæ viris bonis & magnis, quibus Bauaro-Anhaltina Cancellaria in delitijs hactenus fuit, anſam præbere debent, vt oculos aperiant, ſeduloque præcaueant, ne dum neſcio qua Politica ſecreta deprehenſuros ſe arbitrantur, ſecundum vetus verbum pro Theſauro carbones inueniant. Libri quippe iſtius, vt ſuperius deduximus, vnicus ille ſcopus eſt, vt Euangelicos, bonos alioquin viros per varia Ieſuitarum artificia, ac paralogiſmos ſeducat, & contra fidei Religioniſque ſocios candidos bonoſque patriæ Ciues modis omnibus concitet. Nunc ex iſtorum bonorum Ciuium conſilijs, quibus ſolus amor libertatis & dignitatis communis patriæ ſcaturiginem aperuit, Compilator atrocia, ac publica delicta, contra Cæſares, contra Imperium, contra Leges Imperij fabricat: ſed ſine omni ratione ac fundamento. Eſto enim, interuenerit fortè aliquis exceſſus, admiſſuſque ſit aliquis error, notum tamen eſt, iura in eiuſmodi caſibus quemlibet ex leuiſſima cauſa à dolo malo, ſine quo talia delicta committi non poſſunt, excuſare.

FABIVS.

Et hoc loco tecum ſentio Pleſsi, idemque ingemino pro Politicis ſecretis in Cãcellaria Anhaltina inũeniri Carbones, ſed veſtri ſunt

Digitized by Google

atris mentibus ſimillimi; neminem fallimus eo libro, ſed vos feſelliſſe oſtendimus: amica enim vobis facies, cor hoſtile fuit, ac parturiens malum, etiam in Lutheranos erupturum, quos tu candidos & bonos Ciues appellas, vt & te talem iudicent: noſceris mi Pleſsi ex calamo & facto. Compilator nulla facinora fabricat, ſed fabricata vobis producit in lucem, & omitte quæſo innocentiam tuam alijs oſtentare, quam ipſe non vides: quanquam confiteri incipis aliquem exceſſum, ſed eum leuem, doli expertem. Ego verò expers doli non eſſem, ſi crederem; an tu Pleſsi leue facinus arbitraris totam Europam per temeritatem concutere? Regna rapere? terras alienas expilare, & tot nefaſti belli latrocinijs patriam omnem peſſundare? Quid toties dolum malum excuſas? doloſus es hoc ipſo.

PLESSIVS.

Præterea promiſsiones, ſincerationes & declarationes Romano-Catholicorum admodum fallaces & lubricæ ſunt, vt ex ſuperius dictis patuit. Nam & ſalui conductus tabula VVeterauiæ, Rhenanæ, Frãcicæ nobilitati & alijs conceſſæ, pacta idem conuenta cum Comitiſſa Hanouienſi, alijsq; Comitibus, transactionis deniq;, Vlmenſis cum Vnitis, Aſchaffenburgenſis cum Ciuitatibus, Moguntina cum Marchione Anſpacenſi & Duce VVirtenbergico, inita, tam accuratè, ſcilicet, ſeruantur, vt in nupero Conuentu Ratisbonenſi Cæſarea Maieſtas à grauatis Statibus & ciuitatibus cottidianis querelis & continuis ſupplicationibus defatigata fuerit. In ſumma, quales exceptiones, quæque effugia contra Aſchaffenburgenſem tranſactionem allegentur, licet Lector videat in litteris Saxoniæ Electoris ad Moguntinum Electorem, & Ludouicum Haſsiæ Lantgrauium 30. Octob. 1622. ſcriptis.

FABIVS.

Rectè commemoras militiæ mala, ſed hæc omnia in caput tuum redundant. Quis. n. Orci oſtia Furijs recluſit orbem infeſtaturis? Quis tam immane bellum conciuit? Irritati nos ferrum & thoraces induimus, eluſimusq; ictus veſtros: Hinc excidia terrarum & ſpoliationes ciuium: hinc vaſtitas Prouincijs: hinc rei familiaris iactura, & extrema rerum omnium egeſtas. Parcere multis non licuit, quod vbique nobis per vos noceretur. Nulli autem mortalium promiſſa erat immunitas, cui ſeruataque illibatâ fide non fuerit: abſtinuiſſemus fortaſsè quibuſdam terrarum locorum: ſi quæ terra iuſtiori hoſti ſupereſſet, quam pro hibernis occuparet exercitus: aliena pecunia ij gerebant bellum, qui aut nihil habuerant, aut ſua iam perdiderant. Quo ducendus tandem fuiſſet exercitus per hiemis rigorem? In Palatinatu, ipſa tellus in

culta & fame deformis colonos extruſit, quomodo aduenas aleret? An tu putas Pleſsi Exercitum ſubduci poſſe ad vicina lunæ loca, & in penſilibus hibernis tabernacula figi? Vobis Caluiniſtis in acceptis referent, quicunq; militum hoſpitio aut clari, aut miſeri ſunt.

Vlmenſis pax ſancta ſtetit, quis enim contra illam armis petitus? vnos Caluiniſtas armis inſequuti ſumus, quia præceſſerunt: ſi quid damni datum, reſarciant, qui vel fecere, vel cauſa fuere, vt nos faceremus. Mars etiam amicis non nimium amicus eſt.

PLESSIVS.

Dux Bauariæ, vt omnes norunt, Vlmæ cum Vnitis pacem pepigit, in illa Palatinatum expreſſè comprehendit, ſub verbo fidei & honoris (quæ promiſsio iuxta traditionem ICtorum corporali iuramento æquipollet) pollicitus Palatinatum nullatenus, nec ſuis nec Pontificiæ Ligæ copijs aggreſſum iri. Nunc verò poſtea, quam contra illa ſancta pacta conuenta, ſuperiorem & inferiorem Palatinatum hoſtiliter adortus occupauit, hãc ferunt Monachij excuſationem inuentam: Cæſarem ſemper excipi, aut exceptum intelligi, mutatam etiam inde à declaratione banni cauſa conditionem eſſe. Sed quam friuola hæc inuentio eſt? Nam Bauaricus ipſe Cancellarius ſupremus in illo tractatu Vlmenſi adſeruit, ne quidem exceptionem locum habituram eſſe contra tranſactionem Vlmenſem, id quod & Dux Angoleſmenſis & cæteri Galliæ Legati, qui tranſactionis illius & arbitri & adiutores fuerunt, teſtari poterunt. Quod ſi hoc effugium ad eluendam præmeditatam, tot clauſulis benè munitam, omnibuſque abſolutam numeris tranſactionem, vſurpatur. quid tandem ſinceritationibus verbalibus & ambiguis declarationibus, vt Delphici inſtar gladij eſſe poßint, fiet, quibus Romanenſium libri, litteræ, & legatorum propoſitiones ad nauſeam vſque turgent? Quam facilè ille per ſubauditos intellectus, & mentales reſeruationes ex doctrinâ Ieſuitarum (quemadmodum Halæ olim Saxonum ſeniorem Landgrauium iunior Grãuellanus fefellit) peruerti, limitari, extendi & gloſſari poſſunt? Plura in hanc rem ſuppetunt exempla.

FABIVS.

Quid ais Pleſsi? Bauarus Elector fefellerit, verborum ſuorum immemor? promiſit in Imperio pacem colentibus pacem, vos rupiſtis illa pacti vincula, cur ijs Bauarus teneretur? Dixi tibi alibi Mansfeldium & in Palatinatu Bauarum hoſtiliter laceſsiſſe, & Epiſcopatum Spirenſem, cui pactio Vlmenſis cauerat, excidio mulctaſſe. Quid me pacis fractæ arguis, cum tu fregeris? Excuſationem illam, quam Monachij inuentam ais, fruſtra calamo laceras: adferre eam poteramus, ſi aliæ belli cauſæ defuiſſent, quia nec tu in Palatinatu cuiquam promittere

R 2 quid-

quidquam poteras adempto Principis tui iure; neque enim promiſſa vim habent, cum me Magiſtratui meo non obediturum primitto: poſſum tibi mea polliceri, ſed quæ ſuperiori debeo, quia mea non ſunt, auferre ab eo non poſſum; neque vlla me lex adigit, vt de alienis ſoluam. Quâ de causâ hac in Principum conuentione Vlmenſi Cæſari ſua auctoritas ſtetit; manſit & obſeruantia vtriuſque partis erga ſummum caput, atque ideo tu impudentius hic loqueris, quod ab Electore Bauaro promiſſa Vlmæ ſcribas, quæ debitam Cæſari obedentiam excuterent: Imperatorio mandato ſemper delatum eſt, & ampliſsimus Cancellarius tibi excidiſſe verba ait, quæ ab eius ore nunquam collegiſti. Sed ne te pluribus detineam, extant pacta illa Vlmenſia typis celebrata, oſtende iſta, quæ hic malignè exagitas; vbi legero, aliter de te iudicabo, nos Catholici æquiuocationes in pactis & conuentis faceſſere iubemus, neque enim artes veſtræ nobis placere poſſunt, & voſtam plumbei non eſtis, vt quæ dicuntur, non intelligatis, deceptionibus exercitatiſsimi.

PLESSIVS.

Cum ante 1622. tempore hyberno omni intenſione, Mansfeldica, Brunſvvicenſes & Bauarica copia conſcriberentur, Euangelici ſimul Principes aliquot, & vrbes in omnem euentum ſibi ad ſui defenſionem de idoneo milite proſpicerent, Bauariæ Dux neſcio quid ſibi mali præſagiens, ſupremum Cancellarium extemplo Stutgardiam ablegauit, perque eundem Duci VVirtembergico ſollicitè admodum & operoſe propoſuit, quanta eſſet, infauſta arma deponendi, ſerioque de inducijs & pace cogitandi neceſsitas: ſed aliud nihil quam aptam omnis deſiderij compoſitionem in votis optatiſque habere, proindeque à Duce VVirtembergico, vt hoc laudabile & ſalutare opus, quod poſſet, pro viribus promoueret, modis omnibus contendere. Aſt quum, vt omnium rerum, præcipuè verò in bello, viciſsitudo eſt, paulo poſt fortuna variaſſet, & Hiſpani, ac Bauari in Palatinatu præualerent cæteris, tum illicò altum Bauari de pace ſilentium: Imò in Italiâ, maximè Romæ, molitiones priores vehementius repetitæ, atque à Pontifice indeſinenter efflagitatum, vt Ducem Bauariæ ad Electoratum eueheret.

FABIVS.

Ecquid tandem facta opus eſſet Pleſsi, vt res Bauaricæ tibi arriderent? Elector Bauarus rebus ſuis integris, veſtris fractis ad Wirtembergenſem Ducem miſit, vt pacis, quam Germaniæ redditam cupiebat, illuſtrem proxenetam ageret: & quo magis ſollicitè operoſeque pacem quæſiuit, eo magis laudandus fuit. Electoris animus tot victorijs iam ante obtentis minime elatus, aut trux in victos. Quod ve-

ſo paulo poſt pacis cogitationes poſuerit, fecit veſtra infida amicitia, quæ nos Germanæ ſinceritatis ſecuros prope perdidit. Durlachius enim, coactis vndique copijs, Tyllium ſupremum militiæ Bauaricæ Legatum acie adortus, ad Wimphingum infauſto vobis prælio campos cruentauit. Quis hic porro pacem poſceret apud pacis hoſtes? adferat pacem, qui auferre vult. Si Romæ molitiones repetitæ ſunt, vt ſcribis, ideo repetitæ ſunt, quod vos rebelliones repeteretis, videreturque meruiſſe Bauarus honoris inſigne, quo tuus Palatinus ob crimen læſæ Maieſtatis ſpoliatus erat. Si veſtra à nobis obtineri non vultis, virtute retinete; accipimus, quæ ſcelere amittitis.

PLESSIVS.

Cum poſtea vrbs quoque Heidelbergenſis vili ſanè modo in Generalis Tyllij poteſtatem veniſſet, Dux idem Bauariæ celeberrimam Bibliothecam Cardinali Ludouiſio dono miſit, ad quam auehendam Leo natione Græcus (Superintendens, vt referunt, bibliothecæ Vaticanæ) delegatus fuit. Quo magnifico munere, Dux Bauariæ plus etiam fauoris & promotionis ad Electoratum Palatinum à Collegio Cardinalium ſe impetraturum confidit. Interim Comes Tyllius Cæſareæ Maieſtatis Generalis, exercitus eius Cæſareæ Maieſtatis exercitus audit, quamuis vix vnicus miles ſub eius diſciplinâ Cæſareæ Maieſtatis mereatur ſtipendia. In rei potiùs veritate eſt, & meritò nominatur exercitus ille Legiſtarum exercitus, quem hoc etiam nomine Hiſpaniarum Rex in recentibus ad Infantem litteris ita indigetat, dum inquit; Casarmas de la Liga Catholica, que ſchallan en el Palatinado inferior: *hoc eſt, Exercitus Ligæ Catholicæ, quæ eſt in Palatinatu inferiori.*

FABIVS.

O quam gauderes, ſi non ſolum Heidelbergenſis Vrbis captiuitas, ſed etiam aliæ Catholicorum victoriæ obliterarentur; fodicant illæ ægrum tuum pectus, & ſentis quotidiè tormentum, quod bello fabricaſti. Tibi ne *vili modo*, vt loqueris, *Heidelberga occupata*? Quis eſt iſte *vilis modus?* an per negligentiam propugnatorum, aut imbelles dexteras captam putas? iniuriam facis tuis militibus, qui inuadentem vndique hoſtem diu fortiſſimè repulerunt, & tandem corporibus ferrum acceperunt, vt muros tutarentur. Vicit vna Tyllianorum virtus, per aceruos ſtratorum progreſſa, vrbemque longâ felicitate luxuriantem domuit. Bibliothecam tanquam maximum ſpolium Maximo Pontifici Elector tranſmiſit, haud dubiè non vt fauorem in ſe Pontificium minueret, ſed tamen nequaquam eum in finem, quem tu hic

ſignificas;neque enim inſtitorem Bauarus egit,& libros dedit, vt pileum acciperet,ſed fortibus factis conſequutus eſt, vt multi hunc ei honorem optarent, quidam poſtularent, Cæſar daret. Exercitus qui ſub Electore Bauaro meretur & Ligæ eſt,& Cæſaris, quia ſeruitio Cæſaris conſecratus; adeo enim Imperatorem ab omni parte tot gladijs petiſtis,vt cogeretur non ſuo ſolum,ſed etiam alieno ferro ſe & ſua tueri; iam tuum hunc exercitum quocunque nomine appelles licet, dummodo memineris illum ipſum eſſe, qui veſtri victor fuit.

PLESSIVS.

Magna adhuc in pluribus rebus apud Pontificios accurrit contrarietas, ingens inter verba eorum geſtuſque exteriores & inter interiores cogitationes, adfectiones,inclinationeſque diſcrimen. Exempli cauſa: Ecquis ille eſt qui ignoret: quanto Elector Saxoniæ (ſi ſpeciem externam moreſque exteriores adſpicias) à Romano-Catholicis in honore & reſpectu habeatur? Sed quam contemptim de eodem Caraffa Nuncius Pontificius ſcribit in litteris 20. Octobris. anno 1620. ad Epiſcopum Patras Nuncium Bruxellenſem datis? Nimirum, Che non è Principe di ſpirito, ne forze tali, che deuagranfatto temerti di lui: Non eſſe Saxonem Principẽ magni animi, nec eius vires tales, vt multum illa extimeſcenda ſint, &c. Nuncius ille, qui Electorem Saxoniæ nec præſens vidit, multò minus cum eodem vnquam conuerſatus eſt, ſcribit, non è proprio cerebro, ſed procul dubio accepta ab illis, qui Saxoniæ Electorem familiarius norunt, qui cum eo conuerſati,ſæpius actiones eius potentiam, apparatum, & neruum bellicum penitius perſpexerunt. Qui verò illi ſint, qui aliunde Dreſdam ſub ſpecie magnæ amicitiæ & obſeruantiæ, in effectu autem ad expiſcandum & explorandum vel ablegantur, vel ſibi ipſis aliquem itineris prætextum comminiſcuntur,poſtea audita ijs in locis,vnde Nuncio illa communicari certum eſt,referunt, Nullibi melius,quam Dreſdæ diuinare licebit.

FABIVS.

Domi edoctus quibus coloribus Caluiniſtæ pinguntur,nos eodem ſcemate delineandos opinaris:quod eſt, illud diſcrimen apud nos verborum & geſtuum,cogitationum & affectionum? Tu apud Batauos exul geſtus noſtros obſeruare potes,aut quod magis diuinum eſt,intueri cordium arcana? nobis animus in linguâ & lingua in animo. Apage cum exemplo tuo,quod ad odium conflandum toties repetis. Scripſerit vnus è totâ Catholicorum cohorte de Electore Saxone ſibi ignoto quod grauiùs accipi poſſet, ergo alij Catholici,quibus notior virtus Saxonis eſt, cum affectum erga Ducem illum oſtendunt, fallunt? Vbi eſt, tua *contrarietas*, quam hoc exemplo oſtentas? Sed ais homo

Italus

Italus fuit Pontificis Nuncius, qui apud Saxonem, nec noſcebat, nec noſcebatur, ergo ab aliis hoc de Saxone iudicium hauſit. At mi Pleſi, ſi rei gnarus non fuit Nuntius, faciliùs ei ignoſcendum eſt, nam de notiore aliter iudicaſſet. Oſtende à Germanis Catholicis acerbè quid dictum; ego autem oſtendam tibi inſaniſsima à vobis ſcripta in hunc Electorem: pars nuper publicata eſt in conſultationibus, pars occuli debuit & omitti ob Electoralis dignitatis reuerentiam. Interea vos paulò liberiorem cenſuram toties agitatis, & ob vnius leue dictum laceratis nos omnes, quaſi participes: indicamus enim Nuntiis, quæ intelligimus, ſcil. mi Pleſi, nos ſubmittamus in Saxoniam ſpeculatores, vt & Principem & Principis aulam, atque vtriuſque arcana noſcamus, notaque Nuntiis Romanis aliisve ſignificemus? Quam friuole fingis, & tamen Lectorem hinc diſcere vis, apud nos Catholicos Saxonem tanti non eſſe: tu vero Pleſi non es tanti, vt tibi Lector credat.

PLESSIVS.

Sanè ex his ipſis clariſſimè perſpicitur, quam mira iudicia clam & ſecreto à Catholicis de Electore Saxonia, qui longè meliora de illis ſperat, ferri ſoleant. Ac licet Compilator etiam noſter in Cancellaria ſua ſingularem admodum deuotionem & Bauaricum cultum erga Electorem Saxoniæ, vbique praſeuerat, diuerſa tamen ac contraria planè Principis eius Senioris Gulhelmi Ducis Bauaria profeſſio eſt in litteris, quas ad filium ſuum Epiſcopum Colonienſem 9. Nouemb. 1621. dedit: nimirum ſuo iudicio Saxoni nimium honoris & reſpectus tribui: prorſus vt animus & adfectio interna eum verbis minime omnium conueniat. Sed bonus ſcilicet ſenex nobis quodammodo excuſandus eſt, quum amor eum paternus erga primogenitum, Ducem Maximilianum, & impatientia tardioris progreſſus in negotio tranſlationis Electoralis (nempe Palatinatus) ita abripuerit.

FABIVS.

Ineptiſsimus nugator es Pleſi: potes tu ex vno verbo minus honorifico hominis exteri hanc proſopopeiam extruere, & velut in ſcena exagitare ſiniſtrum de Saxone Electore iudicium? Vobis mira ſunt & infanda de eo iudicia, & quæ publicum erubeſcunt. Vos ſcripſiſtis veſtrâ manu teſte: nullo nos calamo, nullo verbo honorem Principis illius læſimus, tametſi tu innoxia quædam verba ſenioris Bauariæ Principis malitioſe exenteres: ſcripſit, ille hoc, ſolum, *Dann auch dieſes Orths Saxen gar zuviel reſpectiret vvirdt*, hoc eſt, Saxonem *à quibuſdam nimium reſpici* in tranſlationis videlicet negotio, tu pulcherrime vt ſoles vertis, *Saxoni nimium honoris & reſpectus tribui?* Quid tu de nimio honore

Digitized by Google

honore inſeris? nemo quiſquam ſcripſit aut iudicauit nimium honorari Saxonem, ſed pluſculum timeri, quod tam parum Saxonis famæ officit, vt etiam illam illuſtret, ac manifeſto conſtet, Saxonem adeò à Catholicis Principibus obſeruari, vt non nemo nimium fieri iudicaret. Meritò Saxoni, quidquid ſtudij fuit, detulimus, quod ipſe æqui amans, æquitatis turbatores vna nobiſcum bello compeſcuerit.

PLESSIVS.

Vbi tamen alia adhuc contrarietas, aut contradictio in ſincerationibus Bauaricis notanda venit. Namque in Bauarica Apologia ad interceptas quaſdam litteras adfirmat ſcriptor (id eſt, ſecundum opinionem multorum, Compilator Cancellariæ Bauaro-Anhaltinæ) Ducem Bauariæ in hiſce turbis ſolum atque vnicè bonum publicum pro ſcopo ſibi propoſuiſſe. Quantum verò priuati, hoc eſt, pilei Electoralis Palatini deſiderium & proprij intereſſe cura interuenerit, ex citatis litteris clariſſimum eſt, in quibus impatientia adeò ſenem ſuperat, vt eam ob cauſam Saxoni ſit infenſior. Quod idem vlterius ex litteris Nuntij Pontificij de dato Viennæ 20. Octobr. Anno 1622. patet, in quibus habetur Ducem Bauariæ ad Cæſaream Maieſtatem perſcripſiſſe, totum Palatinatum ſuperiorem in poteſtatem Cæſareæ Maieſtatis redactum à ſe eſſe, quare eo fideliſſimi officij genere ſe promeritum, vt viciſſim, quod ſibi promiſſum eſſet (Electoratum intellige) ſeruaretur. Super hoc Cæſaream Maieſtatem vota Conſiliariorum collegiſſe, quæ vno ore (ſic formalia habent) concluſerint, omninò hoc æquum eſſe. Sic itaque quilibet perſpicit, quam bella inter verba & ſincerationes Romano-Catholicorum, & inter cogitationes & pectora ipſorum ſit harmonia & conſenſio.

FABIVS.

Cum noſtras contradictiones Pleſsi nominas, tuas enumeras. Lituræ auctor, de quo coniectura te tua nimium fallit, veriſsimè ſcribit, bonum publicum Electorem Bauarum ad bellum mouiſſe: bello autem magna parte perpetrato, quia promiſſus à Cæſare virtutis & præmij cauſa Electoratus erat, promiſſum & exſpectare & poſtulare poterat, iuſtaque de eo fuit Conſiliariorum in aula Cæſaris ſententia: Standum enim eſt pollicitis, præſertim apud tam benè meritos.

PLESSIVS.

Ex quibus omnibus hactenus enarratis ipſe Lector, ni abripiendum ſe affectibus dederit, facilè concludere poteſt, Compilatorem terminos in ſuo ſcripto longè exceßiſſe, in eo potiſsimum, quum ſalutaria conſilia illa, propoſitiones & tractatus,

tractatus, qui omnes tantum conſeruationem Religionis Euangelicæ & libertatis Imperij, & præcipuè Germaniæ, & denique ad amolitionem hæreditariæ ſucceſsionis & ſeruitutis, tanquam ad ſcopum principalem collimarunt, pro atrociſſimis & publicis delictis contra Imperium commiſſis. Igitur omnibus & ſingulis ab eo grauatis, cuiuſcunque Status & conditionis ſint, cuncta conuenientia Iuris, & alia contra eum experiundi media publicè hic reſeruata volumus.

FABIVS.

Immò ex his omnibus perſpiciet Lector nocentiſsima fuiſſe & conſilia & facta veſtra Caluiniſtæ: omnia ad euerſionem Catholicorum & exitium Imperij cogitata pertinebant: noli libidinem tuam libertatem Euangelij & Imperij appellitare: quo ſpiritu concitati fueritis nequaquam obſcurum eſt. Quid ad nos libertas veſtri Euangelij? damnata apud nos eſt Caluiniſtarum ſecta, & noſtram deſereremus, vt illa locum occuparet? Nulli ciuium ſua libertas defuit, antequam vos libertatem Regibus raperetis. Et vobis iniuriam factam ob proditas publicè litteras veſtras adhuc arbitraris? Veſtra ſcripta prodidimus, qualia qualia ſint, ſcripſiſtis: ſi noxia ſunt: meritò; tutelæ genus eſt, noſſe nocētes. Si innoxia ſunt: quid querimini, & nos ob id in ius vocatis? vos digni vocatu, vos ſontes eſtis, vos rei. Vbi ad tribunal vtrinque ſtabimus, magnos contra vos teſtes ſiſtemus, vos inquam ipſos, chartas veſtras, manus veſtras, ſigna veſtra. Quid periculi nobis ingruat? nullam calumniæ notam formidamus, quia nullam calumniā ſtruximus, niſi fortaſſe nobis non liceat publicè ſcribere, quod vos & publicè feciſtis, & facere voluiſtis.

PLESSIVS

Pariter quoque prudentiores omnes & moderatiores, non parum, quantum conijcimus, mirabimur, cur & Compilator, Cogmandolus, Vrbanus Freidenreich in Panegyrico, alijve, ſolum, quod infelicior rerum in Bohemia & Palatinatu Euangelicarum hactenus ſucceſſus fuerit, tantos triumphos agant, tantas exultationes & iubila excitent, ab Electorabilibus Palatinis Conſiliarijs, quaſi minus prudenter res antea conſiderarint, omnem culpam imputent.

FABIVS.

Patere nos lætitiam victoriæ ſentire Pleſsi, vos triumphos ceciniſtis, antequam obtineretis. Quid enim? annon & vos feſtas inſtituiſtis pompas, cum mendax fama ante biennium neſcio quam victoriam vulgauit? Sed angit te ſermo Conſiliarijs Palatinis paſsim infeſtus: palàm enim malè audiunt, ob mala conſilia data. Palatinum for-

tuna ſua, ætas ſua, cupido ſua traxit, vos alius ſpiritus extimulauit, & extra prudentiæ orbitam violentes rapuit. Tune Pleſsi, vt tecum loquar, iam grandis natu, tot annos exercitatus, variorum euentuum gnarus, infidæ fortunæ non neſcius, æquitatis oblitus ſuadere potuiſti Palatino iuueni à conſiliis tuis pendenti, vti aleam iaceret, ſe ſuaque fato committeret, in aliena inuolaret, incerta ſpiraret, certa amiſſurus? Sed quia te ipſum eiuſcemodi concionantem audio, ſilebo ego.

PLESSIVS.

Primo enim quod res bellicas concernit, illarum inconſtantem & lubricam eſſe faciem certum eſt, vt & axioma probatiſsimum habet, nuſquam minus, quam in bello euentus reſpondere. Sed ipſa belli particularia in ſpecie, eiuſq́ administrationem hic deducere longum nimis foret: Quin nec huius, ſed alius loci eſt. Rationes politicæ, quæ tam circa iuſtitiam cauſæ, quam circa poßibilitatem conſideranda fuerunt, à pluribus eminentioris & inferioris Status hominibus, tam Germanis, quam exteris adprobata ſunt, vt vix dubium adhuc vllum reſtet, quin cauſa Bohemica communis Euangelicorum cauſa ſit. Quod verò ijdem, qui defenſionis partes in cauſa Bohemica ſuſceperunt, ſcopum ſuum hactenus his proximis annis conſequuti non ſunt, quin parti etiam aduerſæ coacti ceſſerint, id tale profectò non eſt, vnde firmâ concluſione poßit elici: aut cauſam minus iuſtam, aut conſilijs imprudentioribus, imperitioribus, & improuidis malè fuiſſe adminiſtratam: firma enim adhuc manent veterum regulæ: non eſſe iudicandum ex euentu: item ſæpè optima cogitata peßimè cadere. Paulus Foxius Henrici Tertij Galliarum Regis Conſiliarius intimus, & ab experientia commendatißimus, prudenter admodum apud Thuanum lib. 49. Hiſtor. vt res inquit, humanæ, ac præcipuè eæ, quæ ad rem militarem ſpectant, ferè à fortuna dependent: ſic ſæpè euenit, vt quæ maturè deliberata ſunt, haud feliciter cadant: contra vt temeraria conſilia proſperos ſucceſſus nanciſcantur: quo fit, vt vulgus, quod res ſucceſſu potius quam ratione metitur, ex ſiniſtro euentu prudentißimum conſilium damnet, idem temere ſuſceptum propter felicem exitum laudet. & infra: non diffiteor iuſtam cauſam plerumque diſpares ſucceſſus ſequi. An non & alij Reges & Principes & Imperatores bellici in ſuis olim conſilijs & expeditionibus aduerſam quandoq́ fortunam experti ſunt? Nunquid memoria excidit, quàm facilè immanis illa & inuincibilis claßis Iberica ante paucos annos tempore Eliſabethæ Reginæ Angliæ dißipata & debellata fuerit? Quis vel tunc dixit, vel etiamnum dicere auſit, Conſiliarios Hiſpanicos rem parum accuratè deliberaſſe, atque ita culpam ſuſtinuiſſe tanti accepti à Rege ſuo damni, euentumque præſtare debuiſſe? An verò & illius zeli memoria exturbata eſt, quo Philippus Secundus Senior Hiſpaniarum Rex ad Coronam Gallicam

poſt

Poſt mortem Regis Henrici Tertij aſpirauit, eo re iam deducta, vt Lutetiam Pariſiorum ſuam vrbem (la bonne ville de Paris) appellare non dubitarit? nihilominus illi poſtea cum contemptu & contumeliâ, accedente inſuper multarum auri myriadum, quæ ad plurium Electoratuum emptionem ſuffeciſſent, iacturâ expulſus. Nec tamen rei culpam Hiſpanicis Conſiliariis imputatam fuiſſe auditum eſt vnquam. Nonne pari ratione ante aliquot annos Regi Poloniæ cum ſenatoribus Polonicis ex Suecia aufugiendum, Regnumque à tergo, vt aiunt, in hunc diem relinquendum fuit? Quis tunc famoſos libellos, & paſquillos ſparſit, qui in cladem Bohemicam facti ſunt innumeri, aut quis Polonicos Conſiliarios accuſatos, & in contemptum propterea adductos vnquam percepit? Denique an non Maximilianus Archidux ipſe in Polonia Regem à quibuſdam proceribus electus, paulò poſt à Polonis victus captuſq; eſt? Quis paſquillus affixis illi inſultauit, atque afflicto afflictionem addidit?

FABIVS.

Sapienter multa Pleſsi, ſed non omnia. Lubrica & inconſtans fortuna belli; Stulte, quid ergo eam nemine prouocante tentaſti? ſed rationes tuæ cur bellum placuerit probarunt ſummi & infimi, domeſtici & exteri: Ego verò in hos non inquiro; tecum Pleſsi digladior, nemo vnquam ab ortu mundi bellum tam iniquum ſuſcepit, qui belli cauſas non probarit. Varium iudicium veria probat; ſanum quædam probat; cupidum multa; ſtultum omnia. quale tibi fuerit non diſputo, primum certe non fuit, quia dū totis oculis alienum diadema luſtraſti, iuſtitiam velut cæcus præteriſti. Quæ enim eſt iuſtitia cauſæ tuæ? an non Regnum Bohemiæ Regem habuit, & Rex Regnum? qua lege iuſtitiæ tu id affectas, quod alterius eſt? qua lege iuſtitiæ id acceptas, quod niſi alteri auferretur, tibi tradi non poſſet? aliena rapere, aliena tradere, ſi iuſtitiæ munus eſt, ne Rhadamantus quidem vos Caluiniſtas æquitate ſuperat. Non neſcio porro Pleſsi ex aduerſæ partis clade, cauſæ improbitatem ſemper non argui: errat ſæpe ſors & deprimit, quem virtutis causâ exâltatum oportebat; multa paſsim occurrunt per annales exempla triſtis euentus, cum nonnullâ fati iniuria, ſi rem reputemus: Deus fortunas & victorias diſpenſat; ſæpeq; impertit immeritò, ne is qui meruiſſet, victoriā amittat, quòd meruit, aut certè carnifice exercitu meliorē partē punit, quia alibi peior fuit. Sed vt vt ſeſe id habeat, bonis non ſemper ſunt irati ſuperi, ſed neque propitij malis; ex vno altero ve facto vtroſq; non dignoueris, ex multis potes, neq; enim Deū habere poteſt amicum, qui toties infeſtam eius dexterā ſentit, vt Caluiniſtæ hoc bello ſenſêre: quam enim vnquā fauentis cœli auram hauſêre? quod enim fauſtum ſidus, quam Helicen tanto iā tem-

pore conſpexêre? qui Caſtores, qui Polluces vt velificarent effulſêre? Vna Helena properè per vim rapta & raptoribus irata, infauſtis eorum nauibus inſidet ac mergit, gentem inuiſam, ſuis inuolutam procellis; quod enim bellum clade noſtrâ incœpere, ſuâ finiunt.

Quæ de quorundam Regum Principumq; infelici ſucceſſu commemoras, inter illa numera, quæ mature deliberata improſperè ceci-dere. Hiſpanus iniurias vltum in Angliam ducebat, Maximilianus Archidux ab his, quibus fas fuit electus Poloniam intrauit: Vos nullâ iniuriâ prouocati, nemine legitimè vocante alienum Regnum temere tentaſtis, vt calamitas veſtra merito veſanitatis pœna, & dicatur, & habeatur, Hiſpanica autem clades, & infauſtior Maximiliani exitus inter metuenda iudicia Numinis numerantur, quorum multa occulta, nulla iniuſta. Cupiditatem Philippi Secundi, qua Pariſios ſuam Vrbem appellauit, tum credam, cum alios teſtes præter Caluiniſtas produxeris. Miſit is Rex ea tempeſtate exercitum, non vt Galliam ſibi vendicaret, ſed vt præſto eſſet periclitantibus Catholicis, ad ſui defenſionem externam & potentem manum vocantibus. At ais in Catholicorum infelicibus ſucceſsibus nulla illuſoria carmina, nullos paſquillos ſcriptos; ita tu quidem; at euentuum illorum deſcriptiones, quæ circumferebantur, haud multo molliores erant paſquillis; vnum nomen defuit: ſed fac ita eſſe; Humanæ naturæ genius vetat irridere vanum conatum, quem ius & ratio cœpit! Veſter captus eſt ſine iure, ſine ratione, temerè, perfidè, inuiſis hominibus & Numinibus, cum audaciâ, cum iactantiâ, cum minis, & deſtinato exitio totius Europæ: atque hinc, quia tam truces, tam efferi, tam truculenti omnia domitum vos itare clamabatis, & rediiſtis, aut nulli, aut contuſi, cœpit vulgus ora ſoluere, cachinnari, ac tantos gygantes, ipſius quoq; Olympi victores licentius agitare. Quis hic omnium linguas vinciat, aut omnium chartas emaculet? Canimus ea, quæ vos feciſtis.

PLESSIVS.

Recolenda hic ſanè eſſent, quæ Paulus Æmilius apud Liuium Decad. 5. lib. 5. monet: exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum: ideo in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè, ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ; quum, quid veſper ferat, incertum ſit. is dein vir erit, cuius animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec aduerſa infringet. Igitur [illegible] *illi merito conſiderare deberent; quod nondum omnium dierum ſol occidit, vt Rex ille ait apud Liuium, & quod quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*

FABIVS

FABIVS.

Agedum Pleſsi, quid nos calamitas veſtra moueat, cum vos non moueat? cur memor modeſtiæ ſim, cum vos non ſitis? Victi, ſtrati, fugati, exules, hoſtiles animos ſeruaſtis, cœpturi adhuc hodie bellum, niſi cæpiſſetis. Moueor omnino miſericordia, ſi miſerum, ſi afflictum, ſi dolentem contempler. quis autem veſtrum non eoſdem adhuc ſpiritus gerit, quos geſsit hoſtis? quis dolet malè & perperam abs ſe factum? immò doletis, ſed minus factum eſſe. Quomodo ergo tu me ad concionantem AEmilium vocas? pro Caluiniſtis iſte ſermo eſt. Sinas & me cum Romano illo Duce captum Perſea Regem oſtentante ſermocinari, & in notum tibi Principem digitum intendere. Exemplum inſigne cernitis Caluiniſtæ mutationis humanæ. Palatinus Comes hic eſt, ille Princeps Elector, opibus & ætate florens, dum prauorum Conſiliariorum ductu nimia appetit, omnia amiſit; armis patriâ exactus, alibi triſtes dies ducit, quòd alteri crearit. Ideò ô Conſiliarij Heidelbergenſes in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbè, ac violenter conſulere decet, præſertim vt legitimus aliquis Rex pellatur; nec præſenti credere fortunæ, quam velut in comœdia vobis ipſis fabri caueratis, quum quid veſper ferat incertum ſit. Incertum certè, immo vobis omnibus aduerſum Caluiniſtæ veſperum vidiſtis. ô quam acerba eſt memoria veſperi illius, quo exercitus veſter ad Pragam, ſpes omnis veſtra, momento concidit! hic veſper conſiderari debebat, antequam veniret, ne veniret. Sed ſolatio ſuſtentaris, quod nondum omnium dierum ſol occubuerit? quid ſol te iuuet periture Pleſsi? ſol occumbit & ſurgit; tu occubuiſti, reſurgentis ſortis ignarus; nos Catholici nullum ſolem formidamus; amicus nobis fuit iam ſæpe, & deinceps, vt ſpes eſt, erit. Stetit enim & luxit, vt vos ante tenebras ſterni poſſetis,

——*Pone animos altos, crudelia pectora pone.*

omnia moliendo, omnia agendo, nihil efficies cum omni Martio tuo ſpiritu, quem in præcordia veſtra redire non neſcio, nego tamen virtutem eo redire, vbi nunquam fuit.

PLESSIVS.

Verum vt ad principalem de ſpiritu Ieſuitico articulum redeamus, hoc moniti reliquum eſt; Compilatorem quidem noſtrum in ſecundo membro principali varia Caluiniſtis adfingere, ſed nihil illa, quanta quanta dicat, ad res geſtas Ieſuitarum comparata eſſe; quales à Thuano in hiſtorijs, illo imprimis loco, vbi cauſas proſcriptionis Patrum Societatis è Ditione Venetâ enumerat, & ad poſteritatem tranſmittit. Quibus hanc nos nouam additionem è litteris ſenatus

ciuitatis Rigæ in Liuoniâ ad Ducem Chriſtopherum Radziuilium, Vvittenbergæ anno 1622. impreſsis depromptam adjiciemus: quod Ieſuitæ nimirum vniuerſalis Romana Reformationis aliquem in Liuonia progreſſum fieri negarint, antequam Riga ad modum deſolatarum ciuitatum vel oppidulorum Vvolmar & Vvenden deuaſtata fuerit. Ex quo Ieſuitarum ſingularis in Germaniam affectus perſpicitur; Vnum noris, omnes noris. Non illos deuaſtationes Prouinciarum commouent, non clades publicæ, non miſerorum ſubditorum interitus: quibus illud arridet: Piu toſto paëſe ruinato, che paeſe dannato: Deſolata quam damnata prouincia gratior eſt; Hoc ſcilicet res ipſa in Gallijs, Germaniâ, & Rhetia ſatis abunde oculis omnium ſubijcit. Perſtringere Caluiniſtas pergit Compilator pag. 45. in toto membro, hac inſimulatione, Imperatores, Electores, Principes, ſtatusque paci Religionis conformiter in mutua coniunctione vixiſſe, quoad Caluiniſtica nouitas inciperet. Verum ſuperius demonſtratum eſt, innouationes & mutationes omnes ſolis Ieſuitis vnicè adſcribendas eſſe.

FABIVS.

Te Pleſsi de Ieſuitis omnia cōminiſci argumento eſt, quod nihil facinorum, quibus illos oneras, percenſeas, ſed ad Thuanum lectorem ableges. Thuano, ſi neſcis, & religio & calamus lubricus fuit, adeò vt ſtatuere vix poſsim vtrius partis fuerit: & tamen quænam memorat Thuanus de Ieſuitis, quæ Caluiniſticis flagitijs æquentur, aut etiam ſuperent? Quibus illi vnquam bellum mouere? quas ſeditiones concitarunt? Erga quem Regem aut Principem reuerētiam exuerunt? vbi aduerſus Magiſtratum rebellionem, aut cæperunt, aut aluerunt? Nihil ex his Thuanus refert, ne in Veneta quidem turba, qua pulſi Ieſuitæ non ob vllum facinus, ſed quia illis fixum ſedebat Romani Pontificis mandato parere. Hic tu me in Liuoniam inuitas diſsitam admodum Prouinciam, in qua liberius ſine teſtibus fingas. Nam Senatum Rigenſem tam vana ad Raziuilum ſcripſiſſe, nemo credit, niſi qui talia fieri cupit, vt credat. inſuper Rigenſes non magis Ieſuitis amici ſunt, quam tu ſis: & cum tu multa de his ſcribas, quæ veri amantem dedecent, accenſe Rigenſes tribui tuæ, & cogita pares paria loqui ac maledicere bonis. Vnum inquis Ieſuitam noris, omnes noris, Ergo ſi vnus aut plures aût etiam omnes Rigenſibus interitum optant ac moliuntur, etiam Germaniæ exitium ſtruunt? Ieſuitæ qui Germaniam incolunt, Germani ſunt, & tam cœlum patrium amant, quam Caluiniſtæ, imò verò plus amant. Caluiniſtæ vaſtant. Quis enim tot cineres incendijs cumulauit? quis deſolatos campos ruderibus compleuit? & cultiſsimas olim terras oppidis ac ciuitatibus viduauit præter Caluiniſtas? Et tu hoc ipſum Ieſuitis tribuis etiam in

Gallia

Gallia & Rhetia? Nemo Ieſuitarum in Rhetia adhuc vixit, vt facere potuerit, quod tu ſcribere potuiſti. Quia rectè ſcripſit Compilator, Imperatorem & alios vtriuſque Religionis Principes mutua in coniunctione vixiſſe vſque ad infauſtum Caluiniſtarum ortum, falſum eſt te demonſtraſſe, omnes illos motus, qui Imperium turbarunt, Ieſuitis adſcribendos, niſi tuas ijs virtutes adſcribendas putes.

PLESSIVS.

Pro concluſione Caluiniſtas verbis, ſed re ipſa Vnitos, maximam imò Proteſtantium partem, qui Vnioni nunquam nomen dederunt, quatuor inſimulationibus onerat, Prima ad verbum hæc eſt: Spiritus Caluinianus modo Romanorum Imperatori debitum honorem, ius & auctoritatem defert: mox ad externam tantum ſpeciem & nudum nomen detorquet. Reſponſio: Compilator in generalibus hic immoratur, quæ ſimpliciter negantur. Quam primum ſpecialia allegare & probare conabitur, reſponſionem, vt decet, relaturus eſt.

FABIVS.

Compilator non Vniſtas omnes, ſed Caluiniſtas tanquam eximios technarum & turbarum fabros, facinoribus, quæ patrauere onerat, haud quaquam per iniuriam, certum enim primo eſt à vobis imminutum & Cæſaris honorem & poteſtatem; Imperatorem vix nomine dignari ſuo. Sed ais in generalibus immorari Compilatorem, ſit ita id facere ipſum, vos nimis multa ſpecialia conſignaſtis, vt neceſſe non fuerit ſcribere, quod quotidiè cernitur fieri.

PLESSIVS

Altera eſt: Modo auferri Cæſari, & Imperialis Cameræ iudicio in paucis mox in pluribus, & denique per conſequentiam fere omnem iuriſdictionem, in ijs cauſis, quæ inter vtriuſq; Religionis Status litigioſæ ſunt. Reſponſio: Vniti neque Cæſareæ Maieſtati, neque iudicio Cameræ vllam iuriſdictionem auferre nituntur: ſibi illud neque ius faſque eſſe norunt ipſi: ſolum orant & poſtulant, vt iuxta ipſam Cameræ ordinationem cauſarum & tribunalium diſcrimen integrum maneat, quæ ad Cameram pertinent, ibidem decidantur, non verò omnes, vt nunc fieri amat, cauſæ ad iudicium Cæſaris aulicum trahantur. Quo ſanè Cæſareæ Maieſtatis ſuperioritati & iuriſdictioni nequidquam decerpitur. Sententia quippe tam Spiræ quam in aula Cæſaris, nomine Cæſareæ Maieſtatis promulgantur: nec à dicta Cameræ ordinatione, de qua inter Cæſaream Maieſtatem & Status ſemel conuenit, ſine vtriuſq; partis conſenſu vel latum vnguem, quod aiũt, recedere licet. Ac ſumma oppido neceßitas foret, in comitijs Imperij tandem vniuerſi Statibus articulum iſtum, rite propo-

ſignificas; neque enim inſtitorem Bauarus egit, & libros dedit, vt pileum acciperet, ſed fortibus factis conſequutus eſt, vt multi hunc ei honorem optarent, quidam poſtularent, Cæſar daret. Exercitus qui ſub Electore Bauaro meretur & Ligæ eſt, & Cæſaris, quia ſeruitio Cæſaris conſecratus; adeo enim Imperatorem ab omni parte tot gladijs petiſtis, vt cogeretur non ſuo ſolum, ſed etiam alieno ferro ſe & ſua tueri; iam tuum hunc exercitum quocunque nomine appelles licet, dummodo memineris illum ipſum eſſe, qui veſtri victor fuit.

PLESSIVS.

Magna adhuc in pluribus rebus apud Pontificios accurrit contrarietas, ingens inter verba eorum geſtuſque exteriores & inter interiores cogitationes, adfectiones, inclinationeſque diſcrimen. Exempli cauſa: Et quis ille eſt qui ignoret: quanto Elector Saxoniæ (ſi ſpeciem externam moreſque exteriores adſpiciat) à Romano-Catholicis in honore & reſpectu habeatur? Sed quam contemptim de eodem Caraffa Nuncius Pontificius ſcribit in litteris 20. Octobris. anno 1620. ad Epiſcopum Patras Nuncium Bruxellenſem datis? Nimirum, Che non è Principe di ſpirito, ne forze tali, che deua gran fatto temerti di lui: Non eſſe Saxonem Principē magni animi, nec eius vires tales, vt multum illæ extimeſcendæ ſint, &c. Nuncius ille, qui Electorem Saxoniæ nec præſens vidit, multò minùs cum eodem vnquam conuerſatus eſt, ſcribit, non è proprio cerebro, ſed procul dubio accepta ab illis, qui Saxoniæ Electorem familiarius norunt, qui cum eo conuerſati, ſæpius actiones eius potentiam, apparatum, & neruum bellicum penitius perſpexerunt. Qui verò illi ſint, qui aliunde Dreſdam ſub ſpecie magnæ amicitiæ & obſeruantiæ, in effectu autem ad expiſcandum & explorandum vel ablegantur, vel ſibi ipſis aliquem itineris prætextum comminiſcuntur, poſtea audita ijs in locis, vnde Nuncio illa communicari certum eſt, referunt, Nullibi melius, quam Dreſdæ diuinare licebit.

FABIVS.

Domi edoctus quibus coloribus Caluiniſtæ pinguntur, nos eodem ſcemate delineandos opinaris: quod eſt, illud diſcrimen apud nos verborum & geſtuum, cogitationum & affectionum? Tu apud Batauos exul geſtus noſtros obſeruare potes, aut quod magis diuinum eſt, intueri cordium arcana? nobis animus in linguâ & lingua in animo. Apage cum exemplo tuo, quod ad odium conflandum toties repetis. Scripſerit vnus è totâ Catholicorum cohorte de Electore Saxone ſibi ignoto quod grauiùs accipi poſſet, ergo alij Catholici, quibus notior virtus Saxonis eſt, cum affectum erga Ducem illum oſtendunt, fallunt? Vbi eſt, tua *contrarietas*, quam hoc exemplo oſtentas? Sed ais homo

Italus

Italus fuit Pontificis Nuncius, qui apud Saxonem, nec noſcebat, nec noſcebatur, ergo ab aliis hoc de Saxone iudicium hauſit. At mi Pleſsi, ſi rei gnarus non fuit Nuntius, faciliùs ei ignoſcendum eſt, nam de notiore aliter iudicaſſet. Oſtende à Germanis Catholicis acerbè quid dictum; ego autem oſtendam tibi inſaniſsima à vobis ſcripta in hunc Electorem: pars nuper publicata eſt in conſultationibus, pars occuli debuit & omitti ob Electoralis dignitatis reuerentiam. Interea vos paulò liberiorem cenſuram toties agitatis, & ob vnius leue dictum laceratis nos omnes, quaſi participes: indicamus enim Nuntiis, quæ intelligimus, ſcil. mi Pleſsi, nos ſubmittamus in Saxoniam ſpeculatores, vt & Principem & Principis aulam, atque vtriuſque arcana noſcamus, notaque Nuntiis Romanis aliisve ſignificemus? Quam friuole fingis, & tamen Lectorem hinc diſcere vis, apud nos Catholicos Saxonem tanti non eſſe: tu vero Pleſsi non es tanti, vt tibi Lector credat.

PLESSIVS.

Sanè ex his ipſis clariſsimè perſpicitur, quam mira iudicia clam & ſecreto à Catholicis de Electore Saxoniæ, qui longè meliora de illis ſperat, ferri ſoleant. Ac licet Compilator etiam noſter in Cancellaria ſua ſingularem admodum deuotionem & Bauaricum cultum erga Electorem Saxoniæ, vbique praſeuerat, diuerſa tamen ac contraria planè Principis eius Senioris Guilhelmi Ducis Bauariæ profeſsio eſt in litteris, quas ad filium ſuum Epiſcopum Colonienſem 9. Nouemb. 1621. dedit: nimirum ſuo iudicio Saxoni nimium honoris & reſpectus tribui: prorſus vt animus & adfectio interna eum verbis minime omnium conueniat. Sed bonus ſcilicet ſenex nobis quodammodo excuſandus eſt, quum amor eius paternus erga primogenitum, Ducem Maximilianum, & impatientia tardioris progreſſus in negotio translationis Electoralis (nempe Palatinatus) ita abripuerit.

FABIVS.

Ineptiſsimus nugator es Pleſsi: potes tu ex vno verbo minus honorifico hominis exteri hanc proſopopeiam extruere, & velut in ſcena exagitare ſiniſtrum de Saxone Electore iudicium? Vobis mira ſunt & infanda de eo iudicia, & quæ publicum erubeſcunt. Vos ſcripſiſtis veſtrâ manu teſte: nullo nos calamo, nullo verbo honorem Principis illius læſimus, tametſi tu innoxia quædam verba ſenioris Bauariæ Principis malitioſe exenteres: ſcripſit, ille hoc ſolum, *Dann auch dieſes Orths Saxen gar zuviel reſpectiret vvirdt*, hoc eſt, Saxonem *à quibuſdam nimium reſpici* in translationis videlicet negotio, tu pulcherrime vt ſoles vertis, *Saxoni nimium honoris & reſpectus tribui?* Quid tu de nimio

honore

Digitized by Google

honore inſeris? nemo quiſquam ſcripſit aut iudicauit nimium honorari Saxonem, ſed pluſculum timeri, quod tam parum Saxonis famæ officit, vt etiam illam illuſtret, ac manifeſto conſtet, Saxonem adeò à Catholicis Principibus obſeruari, vt non nemo nimium fieri iudicaret. Meritò Saxoni, quidquid ſtudij fuit, detulimus, quod ipſe æqui amans, æquitatis turbatores vna nobiſcum bello compeſcuerit.

PLESSIVS.

Vbi tamen alia adhuc contrarietas, aut contradictio in ſincerationibus Bauaricis notanda venit. Namque in Bauarica Apologia ad interceptas quaſdam litteras adfirmat ſcriptor (id eſt, ſecundum opinionem multorum, Compilator Cancellariæ Bauaro-Anhaltinæ) Ducem Bauariæ in hiſce turbis ſolum atque vnicè bonum publicum pro ſcopo ſibi propoſuiſſe. Quantum verò priuati, hoc eſt, pileï Electoralis Palatini deſiderium & proprij intereſſe cura interuenerit, ex citatis litteris clariſſimum eſt, in quibus impatientia adeò ſenem ſuperat, vt eam ob cauſam Saxoni ſit infenſior. Quod idem vlterius ex litteris Nuntij Pontificij de dato Viennæ 20. Octobr. Anno 1622. patet, in quibus habetur Ducem Bauariæ ad Cæſaream Maieſtatem perſcripſiſſe, totum Palatinatum ſuperiorem in poteſtatem Cæſareæ Maieſtatis redactum à ſe eſſe, quare eo fideliſſimi offi. ij genere ſe promeritum, vt viciſſim, quod ſibi promiſſum eſſet (Electoratum intelligit) ſeruaretur. Super hoc Cæſaream Maieſtatem vota Conſiliariorum collegiſſe, quæ vno ore (ſic formalia habent) concluſerint, omninò hoc æquum eſſe. Sic itaque quilibet perſpicit, quam bella inter verba & ſincerationes Romano-Catholicorum, & inter cogitationes & pectora ipſorum ſit harmonia & conſenſio.

FABIVS.

Cum noſtras contradictiones Pleſsi nominas, tuas enumeras. Lituræ auctor, de quo coniectura te tua nimium fallit, veriſsimè ſcribit, bonum publicum Electorem Bauarum ad bellum mouiſſe: bello autem magna parte perpetrato, quia promiſſus à Cæſare virtutis & præmij cauſa Electoratus erat, promiſſum & exſpectare & poſtulare poterat, iuſtaque de eo fuit Conſiliariorum in aula Cæſaris ſententia: Standum enim eſt pollicitis, præſertim apud tam benè meritos.

PLESSIVS.

Ex quibus omnibus hactenus enarratis ipſe Lector, ni abripiendum ſe affectibus dederit, facilè concludere poteſt, Compilatorem terminos in ſuo ſcripto longè exceſsiſſe, in eo potiſsimum, quum ſalutaria conſilia illa, propoſitiones & tractatus,

tractatus, qui omnes tantum conſeruationem Religionis Euangelicæ & libertatis Imperij,& præcipuè Germaniæ,& denique ad amolitionem hæreditariæ ſucceſsionis & ſeruitutis,tanquam ad ſcopum principalem collimarunt,pro atrociſſimis & publicis delictis contra Imperium commiſsis. Igitur omnibus & ſingulis ab eo grauatis,cuiuſcunque Status & conditionis ſint, cuncta conuenientia Iuris,& alia contra eum experiundi media publicè hic reſeruata volumus.

FABIVS.

Immò ex his omnibus perſpiciet Lector nocentiſsima fuiſſe & conſilia & facta veſtra Caluiniſtæ: omnia ad euerſionem Catholicorum & exitium Imperij cogitata pertinebant: noli libidinem tuam libertatem Euangelij & Imperij appellitare: quo ſpiritu concitati fueritis nequaquam obſcurum eſt. Quid ad nos libertas veſtri Euangelij? damnata apud nos eſt Caluiniſtarum ſecta, & noſtram deſereremus, vt illa locum occuparet? Nulli ciuium ſua libertas defuit, antequam vos libertatem Regibus raperetis. Et vobis iniuriam factam ob proditas publicè litteras veſtras adhuc arbitraris? Veſtra ſcripta prodidimus, qualia qualia ſint, ſcripſiſtis: ſi noxia ſunt: meritò; tutelæ genus eſt,noſſe nocẽtes.Si innoxia ſunt:quid querimini,& nos ob id in ius vocatis? vos digni vocatu,vos ſontes eſtis,vos rei. Vbi ad tribunal vtrinque ſtabimus, magnos contra vos teſtes ſiſtemus, vos inquam ipſos,chartas veſtras, manus veſtras,ſigna veſtra. Quid periculi nobis ingruat? nullam calumniæ notam formidamus,quia nullam calumniã ſtruximus, niſi fortaſſe nobis non liceat publicè ſcribere, quod vos & publicè feciſtis,& facere voluiſtis.

PLESSIVS

Pariter quoque prudentiores omnes & moderatiores,non parum, quantum conijcimus,mirabimur,cur & Compilator,Cogmandolus,Vrbanus Freidenreich in Panegyrico, aliÿve, ſolum, quod infelicior rerum in Bohemia & Palatinatu Euangelicarum hactenus ſucceſſus fuerit, tantos triumphos agant, tantas exultationes & iubila excitent, ab Electorabilibus Palatinis Conſiliarijs, quaſi minus prudenter res antea conſiderarint,omnem culpam imputent.

FABIVS.

Patere nos lætitiam victoriæ ſentire Pleſsi, vos triumphos ceciniſtis,antequam obtineretis. Quid enim? an non & vos feſtas inſtituiſtis pompas,cum mendax fama ante biennium neſcio quam victoriam vulgauit? Sed angit te ſermo Conſiliarijs Palatinis paſsim infeſtus: palàm enim malè audiunt,ob mala conſilia data. Palatinum fortuna

tuna ſua, ætas ſua, cupido ſua traxit, vos alius ſpiritus extimulauit, & extra prudentiæ orbitam violentes rapuit. Tunè Pleſsi, vt tecum loquar, iam grandus natu, tot annos exercitatus, variorum euentuum gnarus, infidæ fortunæ non neſcius, æquitatis oblitus ſuadere potuiſti Palatino iuueni à conſiliis tuis pendenti, vti aleam iaceret, ſe ſuaque fato committeret, in aliena inuolaret, incerta ſpiraret, certa amiſſurus? Sed quia te ipſum eiuſcemodi concionantem audio, ſilebo ego.

PLESSIVS.

Primo enim quod res bellicas concernit, illarum inconſtantem & lubricam eſſe faciem certum eſt, vt & axioma probatiſsimum habet, nuſquam minus, quam in bello euentus reſpondere. Sed ipſa belli particularia in ſpecie, eiuſq; adminiſtrationem hic deducere longum nimis foret: Quin nec huius, ſed alius loci eſt. Rationes politicæ, quæ tam circa iuſtitiam cauſæ, quam circa poſsibilitatem conſideranda fuerunt, à pluribus eminentioris & inferioris Status hominibus, tam Germanis, quam exteris adprobata ſunt, vt vix dubium adhuc vllum reſtet, quin cauſa Bohemica communis Euangelicorum cauſa ſit. Quod verò ijdem, qui defenſionis partes in cauſa Bohemica ſuſceperunt, ſcopum ſuum hactenus his proximis annis conſequuti non ſunt, quin parti etiam aduerſæ coacti ceſſerint, id tale profectò non eſt, vnde firmâ concluſione poſsit elici: aut cauſam minus iuſtam, aut conſilijs imprudentioribus, imperitioribus, & improuidis malè fuiſſe adminiſtratam: firma enim adhuc manent veterum regulæ: non eſſe indicandum ex euentu: item ſæpè optima cogitata peſsimè cadere. Paulus Foxius Henrici Tertij Galliarum Regis Conſiliarius intimus, & ab experientia commendatiſsimus, prudenter admodum apud Thuanum lib. 49. Hiſtor. vt res inquit, humanæ, ac præcipuè eæ, quæ ad rem militarem ſpectant, ferè à fortuna dependent: ſic ſæpè euenit, vt quæ matura deliberata ſunt, haud feliciter cadant: contra vt temeraria conſilia proſperos ſucceſſus nanciſcantur: quo fit, vt vulgus, quod res ſucceſſu potius quam ratione metitur, ex ſiniſtro euentu prudentiſsimum conſilium damnet, idem temere ſuſceptum propter felicem exitum laudet. & infra: non diffiteor iuſtam cauſam plerumque diſpares ſucceſſus ſequi. An non & alij Reges & Principes & Imperatores bellici in ſuis olim conſilijs & expeditionibus aduerſam quandoq; fortunam experti ſunt? Nunquid memoria excidit, quàm facilè immanis illa & inuincibilis claſsis Iberica ante paucos annos tempore Eliſabethæ Reginæ Angliæ diſsipata & debellata fuerit? Quis vel tunc dixit, vel etiamnum dicere auſit, Conſiliarios Hiſpanicos rem parum accuratè deliberaſſe, atque ita culpam ſuſtinuiſſe tanti accepti à Rege ſuo damni, euentumque præſtare debuiſſe? An verò & illius zeli memoria exturbata eſt, quo Philippus Secundus Senior Hiſpaniarum Rex ad Coronam Gallicam

poſt

Poſt mortem Regis Henrici Tertij aſpirauit, eo re iam deducta, vt Lutetiam Pariſiorum ſuam vrbem (la bonne ville de Paris) appellare non dubitarit? nihilominus illi poſtea cum contemptu & contumeliâ, accedente inſuper multarum auri myriadum, quæ ad plurium Electoratuum emptionem ſuffeciſſent, iacturâ expulſus. Nec tamen rei culpam Hiſpanicis Conſiliariis imputatam fuiſſe auditum eſt vnquam. Nonne pari ratione ante aliquot annos Regi Poloniæ cum ſenatoribus Polonicis ex Suecia aufugiendum, Regnumque à tergo, vt aiunt, in hunc diem relinquendum fuit? Quis tunc famoſos libellos, & paſquillos ſparſit, qui in cladem Bohemicam facti ſunt innumeri, aut quis Polonicos Conſiliarios accuſatos, & in contemptum propterea adductos vnquam percepit? Denique an non Maximilianus Archidux ipſe in Poloniæ Regem à quibuſdam proceribus electus, paulò poſt à Polonis victus captuſq; eſt? Quis paſquillus affixis illi inſultauit, atque afflicto afflictionem addidit?

FABIVS.

Sapienter multa Pleſsi, ſed non omnia. Lubrica & inconſtans fortuna belli; Stulte, quid ergo eam nemine prouocante tentaſti? ſed rationes tuæ cur bellum placuerit probarunt ſummi & infimi, domeſtici & exteri: Ego verò in hos non inquiro; tecum Pleſsi digladior, nemo vnquam ab ortu mundi bellum tam iniquum ſuſcepit, qui belli cauſas non probarit. Varium iudicium veria probat; ſanum quædam probat; cupidum multa; ſtultum omnia. quale tibi fuerit non diſputo, primum certe non fuit, quia dũ totis oculis alienum diadema luſtraſti, iuſtitiam velut cæcus præteriſti. Quæ enim eſt iuſtitia cauſæ tuæ? an non Regnum Bohemiæ Regem habuit, & Rex Regnum? qua lege iuſtitiæ tu id affectas, quod alterius eſt? qua lege iuſtitiæ id acceptas, quod niſi alteri auferretur, tibi tradi non poſſet? aliena rapere, aliena tradere, ſi iuſtitiæ munus eſt, ne Rhadamantus quidem vos Caluiniſtas æquitate ſuperat. Non neſcio porro Pleſsi ex aduerſæ partis clade, cauſæ improbitatem ſemper non argui: errat ſæpe ſors & deprimit, quem virtutis causâ exaltatum oportebat; multa paſsim occurrunt per annales exempla triſtis euentus, cum nonnullâ fati iniuria, ſi rem reputemus: Deus fortunas & victorias diſpenſat; ſæpeq; impertit immeritò, ne is qui meruiſſet, victoriã amittat, quòd meruit, aut certè carnifice exercitu meliorẽ partẽ punit, quia alibi peior fuit. Sed vt vt ſeſe id habeat, bonis non ſemper ſunt irati ſuperi, ſed neque propitij malis; ex vno altero ve facto vtroſq; non dignoueris, ex multis potes, neq; enim Deũ habere poteſt amicum, qui toties infeſtam eius dexterã ſentit, vt Caluiniſtæ hoc bello ſenſêre: quam enim vnquã fauentis cœli auram hauſêre? quod enim fauſtum ſidus, quam Helicen tanto iã tem-

pore conſpexêre? qui Caſtores, qui Polluces vt velificarent effulſêre? Vna Helena properè per vim rapta & raptoribus irata, infauſtis eorum nauibus inſidet ac mergit, gentem inuiſam, ſuis inuolutam procellis; quod enim bellum clade noſtrâ incœpere, ſuâ finiunt.

Quæ de quorundam Regum Principumq; infelici ſucceſſu commemoras, inter illa numera, quæ mature deliberata improſperè cecidere. Hiſpanus iniurias vltum in Angliam ducebat, Maximilianus Archidux ab his, quibus fas fuit electus Poloniam intrauit: Vos nullâ iniuriâ prouocati, nemine legitimè vocante alienum Regnum temere tentaſtis, vt calamitas veſtra merito veſanitatis pœna, & dicatur, & habeatur, Hiſpanica autem clades, & infauſtior Maximiliani exitus inter metuenda iudicia Numinis numerantur, quorum multa occulta, nulla iniuſta. Cupiditatem Philippi Secundi, qua Pariſios ſuam Vrbem appellauit, tum credam, cum alios teſtes præter Caluiniſtas produxeris. Miſit is Rex ea tempeſtate exercitum, non vt Galliam ſibi vendicaret, ſed vt præſto eſſet periclitantibus Catholicis, ad ſui defenſionem externam & potentem manum vocantibus. At ais in Catholicorum infelicibus ſucceſsibus nulla illuſoria carmina, nullos paſquillos ſcriptos; ita tu quidem; at euentuum illorum deſcriptiones, quæ circumferebantur, haud multo molliores erant paſquillis; vnum nomen defuit: ſed fac ita eſſe; Humanæ naturæ genius vetat irridere vanum conatum, quem ius & ratio cœpit! Veſter captus eſt ſine iure, ſine ratione, temerè, perfidè, inuiſis hominibus & Numinibus, cum audaciâ, cum iactantiâ, cum minis, & deſtinato exitio totius Europæ: atque hinc, quia tam truces, tam efferi, tam truculenti omnia domitum vos itare clamabatis, & rediiſtis, aut nulli, aut contuſi, cœpit vulgus ora ſoluere, cachinnari, ac tantos gygantes, ipſius quoq; Olympi victores licentius agitare. Quis hic omnium linguas vinciat, aut omnium chartas emaculet? Canimus ea, quæ vos feciſtis.

PLESSIVS.

Recolenda hic ſanè eſſent, quæ Paulus Æmilius apud Liuium Decad. 5. lib. 5. monet: exemplum inſigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum. ideo in ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè, ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ; quum, quid veſper ferat, incertum ſit. is dein vir erit, cuius animum nec proſpera flatu ſuo efferet, nec aduerſa infringet. Igitur [illegible] *illi merito conſiderare deberent; quod nondum omnium dierum ſol occidit, vt Rex ille ait apud Liuium, & quod quondam etiam victis redit in præcordia virtus.*

F A B I V S.

Agedum Pleſi, quid nos calamitas veſtra moueat, cum vos non moueat? cur memor modeſtiæ ſim, cum vos non ſitis? Victi, ſtrati, fugati, exules, hoſtiles animos ſeruaſtis, cœpturi adhuc hodie bellum, niſi cæpiſſetis. Moueor omnino miſericordia, ſi miſerum, ſi afflictum, ſi dolentem contempler. quis autem veſtrum non eoſdem adhuc ſpiritus gerit, quos geſſit hoſtis? quis dolet malè & perperam abs ſe factum? immò doletis, ſed minus factum eſſe. Quomodo ergo tu me ad concionantem AEmilium vocas? pro Caluiniſtis iſte ſermo eſt. Sinas & me cum Romano illo Duce captum Perſea Regem oſtentante ſermocinari, & in notum tibi Principem digitum intendere. Exemplum inſigne cernitis Caluiniſtæ mutationis humanæ. Palatinus Comes hic eſt, ille Princeps Elector, opibus & ætate florens, dum prauorum Conſiliariorum ductu nimia appetit, omnia amiſit; armis patriâ exactus, alibi triſtes dies ducit, quòd alteri crearit. Ideò ô Conſiliarij Heidelbergenſes in ſecundis rebus nihil in quemquam ſuperbè, ac violenter conſulere decet, præſertim vt legitimus aliquis Rex pellatur; nec præſenti credere fortunæ, quam velut in comœdia vobis ipſis fabri caueratis, quum quid veſper ferat incertum ſit. Incertum certè, immo vobis omnibus aduerſum Caluiniſtæ veſperum vidiſtis. ô quam acerba eſt memoria veſperi illius, quo exercitus veſter ad Pragam, ſpes omnis veſtra, momento concidit! hic veſper conſiderari debebat, antequam veniret, ne veniret. Sed ſolatio ſuſtentaris, quod nondum omnium dierum ſol occubuerit? quid ſol te iuuet periture Pleſi? ſol occumbit & ſurgit; tu occubuiſti, reſurgentis ſortis ignarus; nos Catholici nullum ſolem formidamus; amicus nobis fuit iam ſæpe, & deinceps, vt ſpes eſt, erit. Stetit enim & luxit, vt vos ante tenebras ſterni poſſetis,

——*Pone animos altos, crudelia pectora pone.*

omnia moliendo, omnia agendo, nihil efficies cum omni Martio tuo ſpiritu, quem in præcordia veſtra redire non neſcio, nego tamen virtutem eo redire, vbi nunquam fuit.

P L E S S I V S.

Verum vt ad principalem de ſpiritu Ieſuitico articulum redeamus, hoc moniti reliquum eſt; Compilatorem quidem noſtrum in ſecundo membro principali varia Caluiniſtis adfingere, ſed nihil illa, quanta quanta dicat, ad res geſtas Ieſuitarum comparata eſſe; quales à Thuano in hiſtorijs, illo imprimis loco, vbi cauſas proſcriptionis Patrum Societatis è Ditione Venetâ enumerat, & ad poſteritatem tranſmittit: Quibus hanc nos nouam additionem è litteris ſenatus

ciuitatis Rigæ in Liuoniâ ad Ducem Chriſtophorum Radziuilium, Vvittenbergæ anno 1622. impreßis depromptam adijciemus: quod Ieſuitæ nimirum vniuerſalis Romana Reformationis aliquem in Liuonia progreſſum fieri negarint, antequam Riga ad modum deſolatarum ciuitatum vel oppidulorum Vvolmar & Vvenden deuaſtata fuerit. Ex quo Ieſuitarum ſingularis in Germaniam affectus perſpicitur; Vnum noris, omnes noris. Non illos deuaſtationes Prouinciarum commouent, non clades publicæ, non miſerorum ſubditorum interitus: quibus illud arridet: Piu toſto paëſe ruinato, che paeſe dannato: Deſolata quam damnata prouincia gratior eſt; Hoc ſcilicet res ipſa in Gallijs, Germaniâ, & Rhetia ſatis abunde oculis omnium ſubijcit. Perſtringere Caluiniſtas pergit Compilator pag. 45. in toto membro, hac inſimulatione, Imperatores, Electores, Principes, ſtatusque paci Religionis conformiter in mutua coniunctione vixiſſe, quoad Caluiniſtica nouitas inciperet. Verum ſuperius demonſtratum eſt, innouationes & mutationes omnes ſolis Ieſuitis vnicè adſcribendas eſſe.

FABIVS.

Te Pleſsi de Ieſuitis omnia cõminiſci argumento eſt, quod nihil facinorum, quibus illos oneras, percenſeas, ſed ad Thuanum lectorem ableges. Thuano, ſi neſcis, & religio & calamus lubricus fuit, adeò vt ſtatutere vix poſsim vtrius partis fuerit: & tamen quænam memorat Thuanus de Ieſuitis, quæ Caluiniſticis flagitijs æquentur, aut etiam ſuperent? Quibus illi vnquam bellum mouere? quas ſeditiones concitarunt? Erga quem Regem aut Principem reuerẽtiam exuerunt? vbi aduerſus Magiſtratum rebellionem, aut cæperunt, aut aluerunt? Nihil ex his Thuanus refert, ne in Veneta quidem turba, qua pulſi Ieſuitæ non ob vllum facinus, ſed quia illis fixum ſedebat Romani Pontificis mandato parere. Hic tu me in Liuoniam inuitas diſsitam admodum Prouinciam, in qua liberius ſine teſtibus fingas. Nam Senatum Rigenſem tam vana ad Raziuilum ſcripſiſſe, nemo credit, niſi qui talia fieri cupit, vt credat. inſuper Rigenſes non magis Ieſuitis amici ſunt, quam tu ſis: & cum tu multa de his ſcribas, quæ veri amantem dedecent, accenſe Rigenſes tribui tuæ, & cogita pares paria loqui ac maledicere bonis. Vnum inquis Ieſuitam noris, omnes noris, Ergo ſi vnus aut plures aut etiam omnes Rigenſibus interitum optant ac moliuntur, etiam Germaniæ exitium ſtruunt? Ieſuitæ qui Germaniam incolunt, Germani ſunt, & tam cœlum patrium amant, quam Caluiniſtæ, imò verò plus amant. Caluiniſtæ vaſtant. Quis enim tot cineres incendijs cumulauit? quis deſolatos campos ruderibus compleuit? & cultiſsimas olim terras oppidis ac ciuitatibus viduauit præter Caluiniſtas? Et tu hoc ipſum Ieſuitis tribuis etiam in

Gallia

Digitized by Google

Gallia & Rhetia? Nemo Ieſuitarum in Rhetia adhuc vixit, vt facere potuerit, quod tu ſcribere potuiſti. Quia rectè ſcripſit Compilator, Imperatorem & alios vtriuſque Religionis Principes mutua in coniunctione vixiſſe vſque ad infauſtum Caluiniſtarum ortum, falſum eſt te demonſtraſſe, omnes illos motus, qui Imperium turbarunt, Ieſuitis adſcribendos, niſi tuas ijs virtutes adſcribendas putes.

PLESSIVS.

Pro concluſione Caluiniſtas verbis, ſed re ipſa Vnitos, maximam imò Proteſtantium partem, qui Vnioni nunquam nomen dederunt, quatuor inſimulationibus onerat, Prima ad verbum hæc eſt: Spiritus Caluinianus modo Romanorum Imperatori debitum honorem, ius & auctoritatem defert: mox ad externam tantum ſpeciem & nudum nomen detorquet. Reſponſio: Compilator in generalibus hic immoratur, quæ ſimpliciter negantur. Quam primum ſpecialia allegare & probare conabitur, reſponſionem, vt decet, relaturus eſt.

FABIVS.

Compilator non Vniſtes omnes, ſed Caluiniſtas tanquam eximios technarum & turbarum fabros, facinoribus, quæ patrauere onerat, haud quaquam per iniuriam, certum enim primo eſt à vobis imminutum & Cæſaris honorem & poteſtatem; Imperatorem vix nomine dignari ſuo. Sed ais in generalibus immorari Compilatorem, ſit ita id facere ipſum, vos nimis multa ſpecialia conſignaſtis; vt neceſſe non fuerit ſcribere, quod quotidiè cernitur fieri.

PLESSIVS

Altera eſt: Modo auferri Cæſari, & Imperialis Cameræ iudicio in paucis mox in pluribus, & denique per conſequentiam fere omnem iuriſdictionem, in ijs cauſis, quæ inter vtriuſq; Religionis Status litigioſæ ſunt. Reſponſio: Vniti neque Cæſareæ Maieſtati, neque iudicio Cameræ vllam iuriſdictionem auferre nituntur: ſibi illud neque ius faſque eſſe norunt ipſi: ſolum orant & poſtulant, vt iuxta ipſam Cameræ ordinationem cauſarum & tribunalium diſcrimen integrum maneat, quæ ad Cameram pertinent, ibidem decidantur, non verò omnes, vt nunc fieri amat, cauſæ ad iudicium Cæſaris aulicum trahantur. Quo ſanè Cæſareæ Maieſtatis ſuperioritati & iuriſdictioni nequidquam decerpitur. Sententiæ quippe tam Spiræ quam in aula Cæſaris, nomine Cæſareæ Maieſtatis promulgantur: nec à dicta Cameræ ordinatione, de qua inter Cæſaream Maieſtatem & Status ſemel conuenit, ſine vtriuſq; partis conſenſu vel latum vnguem, quod aiũt, recedere licet. Ac ſumma oppido neceſſitas foret, in Comitijs Imperij tandem vniuerſis Statibus articulum iſtum rite proponi, ac

ni, ac maturâ deliberatione ab omnibus & ſingulis excuti, denique æquabiliter decidi.

FABIVS.

Cæſarem vos iuriſdictione ſpoliatum velle & verba, & facta veſtra teſtantur, quidquid demum reſpondeas: qua enim Imperii lege interdicitur, ne Cæſar in aulâ Ius dicat, quod Spiræ dicitur? Quid litis eximitur à Cæſaris tribunali, quæ Cæſaris nomine Spiræ expediuntur, etiam alibi terrarum expediri poſſunt eiuſdem nomine: Inter Status & Cæſarem quidem conuenit, vt quod Spiræ decernitur: ſanctum habeatur, ſed non conuenit vt irritum ſit, quod aliis in locis Cæſar decernit: Vbique Iudex Cæſar eſt, ſed non vnum ei tribunal ob multitudinem litigantium per tot Imperii terras. Pro Comitiis futuris omitte conſilia promere: ſi quæ futura ſunt, in iis vt Caluiniſta non audieris, ſed audies.

PLESSIVS.

Tertia inculpatio eſt: Caluiniſtas vel Vnitos modo in quibuſdam cauſis certum iudicem ſibi depoſcere, mox nullum prorſus admittere velle. Reſponſio. Vniti vel Caluiniſta vſq, adeo Barbari non ſunt, vt vel ignorent, vel non agnoſcant, quod nec domus, nec ciuitas, multo minus Imperium Romanum ſine iuſtitia ſtare poßit. Iudicem minimè omnium dedignantur, modo is competens, non ſuſpectus, aut inimicus, aut etiam apertus hoſtis ſit. Compilator ſodes talem illis iudicem in Imperio Romano his temporibus & moribus oſtentat.

FABIVS.

Placet mihi Pleſſi, quod iudicem in Imperio velis, ſed non placet, quod eum non velis, quem velle deberes: competentem poſtulas? quis ille eſt? Caluiniſta? talem neque Catholici, neque Lutherani volumus, iure potiores. Quem porrò poſtulas? qui ſuſpectus, qui inimicus, qui apertus hoſtis non ſit: quis iſte eſt? Caluiniſta: hoc ipſo nomine, neque Catholici, neq; Lutherani admittimus, quippe Caluiniſta ſemper inimicus, ſemper hoſtis, & qui precario tantum in Imperio inquilinus eſt. Iā ab antiquo Iudex Cameræ Catholicus fuit, cur hic migraret, vt Caluiniſta ſuccederet? Et tu à Cōpilatore hic petis, vt hodie in Imperio demonſtret Iudicem tibi non ſuſpectū, non inimicum aut hoſtem; non ſine cauſa, quia Compilator vix poterit: inimicum enim & hoſtem Epiſcopum Spirenſem feciſtis hoſtes: an tu vis vt tibi amicus ſim, cum tu inimicum te meum non ſolum profiteris, ſed etiam agis? Amicus Iudex eſſet, niſi tu inimicus eſſes. Cicura animum tuum ferum,

indue

indue humanitatem & cor frontemque ſerena:erimus ijdem & nos:ſed etſi tu perſeueraueris in hac torua ferocia, iniuſti tamen non erimus, ſcimus enim inimico quoque ius ſuum oportere eſſe ſaluum, & tu ſcis quid rebellibus debeamus.

PLESSIVS.

Vt per exempla ſiamus certiores, Camerale iudicium, quod eſt Spiræ, intueamur: vbi conſtat, Romano-Catholicos Aſſeſſores omnes, præſertim præſides in ludo Ieſuitarum inſtitutos, eorundemq; diſcipulos eſſe, ab ijs axioma & præceptum Pij V. (quod apud Hieronymum Cathenam in vita Pij V. legitur) omnia Religione metienda eſſe, inde à teneris imbibiſſe. Principalis Cameræ Directoris & iudicis in Vnitos & Proteſtantes alios affectio pluſquam notoria eſt. Nec alia conſilij Cæſaris aulici, eiuſque præſidum ratio eſt. Ac licet nonnulli Adſeſſores Euangelici Spiræ, vnus etiam & alter fortè Conſiliarij Proteſtantes in conſilio Aulico Imperiali admittantur, illud tamen pro forma potius ſit, quam vt ex eo aliquid Euangelicis boni in rei veritate accedat: quum in affectu autoritas, directio & adminiſtratio iuſtitiæ in fautorum Ieſuiticorum & diſcipulorum, qui omnia Religione metiri ex Pontificis præcepto tenentur, manu, poteſtate arbitrioque permaneant: Quis itaque Proteſtantibus ſuaſerit, vt coram talibus iudicibus litigẽt? Quippe cũ Zelotæ Romano-Catholici omnes, ex doctrina Pauli Vvindeckij, Vngersdorfij, Chriſtiani Gothebi, Schoppij & aliorum, Proteſtantes pro talibus habeant, qui aurâ vitali indigni ſint. Et qua tandem ratione conſcientiæ ſuæ metuant, etiamſi contra Proteſtantem in proceſſu cum Catholico iudicent, eidemque facultes & fortunas, maximè verò controuerſam aliquam diœceſin Eccleſiaſticam aut decimas, aut Monaſterium per ſententiam auferant?

FABIVS.

Qui malam cauſam habet, Iudices, timet Pleſsi: Aſſeſſores qui Spiræ iuri dicundo præſuut, ob Religionem ab Ieſuitis ingeſtam omnes inuiſi ſunt & male conſcijs Caluiniſtis formidabiles. Sed nos ſi imitari liberet, eadem lamentari poſſemus. Aſſeſſores Spiræ qui Proteſtantium auctoritate Senatoris munere funguntur aut apud prædicantes, aut apud illorum partes litteras & Religionem hauſere Catholicis infeſtam. Quid ſperemus à ſuſpectis, inimicis & hoſtibus? quaſi verò neceſſe eſſet, vt qui Religione diſſentiunt, etiam in Iuſtitia diſſentirent, & Rempublicam ciuiliter diſſoluerent: ſi plures Caluiniſtæ illic in puppi ſederent, impellerent fortaſsè nauem, vt Catholicorum iura & ipſos Catholicos fluctibus immitterent. Nunc pauci inſanire poſſunt; Lutherani amantiores æquitatis ſunt, quam vt ipſi ius violent, aut à nobis violatum adhuc dicant, licet non nemo graue putet, pauciores eſſe Pro-

teſtantium in illo conſeſſu, quam Catholicorum. At hi ſcire debent nos Catholicum numerum Aſſeſſorum non auxiſſe. Ex prima inſtitutione certos mittimus: certos Lutherani, cur hodie ſuffragia noſtra decreſcerent, vt aliorum augeſcerent? Quæ ex VVindeckio, Vngersdorfio, Gotliebio, Scioppio rurſus in medium fers, priuatorum hominum, quibus nullum in Republica munus, ſcripta & dicta ſunt, & nequaquam iuſtitiæ adminiſtrandæ impedimento. Nam etſi odio quibuſdam ſis etiam inter tuos, iudex tamen, ſi ius à te ſteterit, litem ſecundum te dabit. Sed nos omnia Religione metimur ex Pontificis Pij Quinti præcepto? vix me contineo quin vociferem & te, &c. ſed præſtat motus, &c. Auden' tu effutire Pium Quintum nobis præcepiſſe, vt omnia Religione metiamur, hoc eſt cauſas omnes. Litigantes omnes Proteſtantium, qui nobis in Religione aduerſantur pro nihilo ducamus, cum euerſione omnis iuris & æqui? Omnino alias omnia Religione metienda ſunt; hoc eſt rectæ conſcientiæ conſilio & monitu, vt nihil in vllas leges cõmittamus, Dei & æquitatis memores: Tibi mi Pleſſi ſi Religione omnia metiri non ſedet, mentiri ſedet.

PLESSIVS.

Quum itaque naturali æquitati & ſenſui communi è diametro repugnet, cogere Proteſtantes, vt adeo ſuſpectis iudicibus Romano-Catholicis ſe condamnãdos ſiſtant: Idcirco Rex Galliarum ſuis ſubditis Proteſtantibus Les chambres my partie, iudicia bipartita, in ijſque vtriuſque Religionis confeſſores. Adſeſſores conſtituit, vt coram ijs Proteſtantes tuto accipere ius & dare poſſint. Quin ipſe Papa, intuitu naturalis æquitatis, ſubditis ſuis in Comitatu Venaſſinenſi, quotquot Religionem reformatam profitentur, publico permiſſu in Gallica Chambre my partie Nemauſenſi, proceſſus iuris introducendi & proſequendi liberam facultatem dedit: vt apud Thuanum ſub finem lib. 86: legimus. Quo itaque iure aut colore ſtatus in Imperio Romano-Catholici liberis ſtatibus Euangelicis, in quos nequicquam illis competit poteſtatis, ea denegabũt, quæ Galliarum Rex hæreditarijs, Papa vero Sedis Romanæ ſubditis, naturalis æquitatis intuitu indulgent & concedunt? In ſumma, ſiue huc, ſiue illuc res vertatur, niſi hic maior æqualitas, æquiusq́ inueniatur adhibeaturque temperamentum, fieri vix poteſt, vt quies & tranquillitas Imperij plantari denuò, & ſarta tecta conſeruari poſſit.

FABIVS.

Galliæ Rex Caluiniſtis Caluiniſtas Iudices permiſit, non quod iudicarit æquitati naturali repugnare Catholicum hæretico ius dicere, ſed vt pacem haberet, apud Catholicæ æquitatis impatientes, quibus ſuetum

ſuetum innatumque etiam virtutes odiſſe. Hoc aut illud Iudex dicat, vtrumque iniuſtum eſt, quia Catholici ſententia eſt; eadem ratio Pontificem mouit, ſi verum eſt, quod de ipſo hic refers; ſed quidquid id ſit, Pontifex & Rex ita permiſere iudices, vt ſibi ad quod prouocaretur ius ſupremum retinerent; Et hoc fortaſsè æquitati naturali repugnabit Pleſsi? quia & Pōtifex & Galliæ Rex Hugenottis ſuſpecti iudices ſunt. cur ſiſterent ſe condemnandos? Sed tu quæris, quo iure negaturi ſint Catholici Caluiniſtis Caluiniſticum ſenatum? reſpondeo naturæ iure, quo mihi liberum eſt mea retinere, aut alteri tribuere. Galliæ Rex quod fecit, ſponte fecit, Cæſar etiam quod faciet, ſponte faciet; Quid autem illud futurum ſit, vos videbitis, ſed puto parum videbitis, quia Caluiniſtæ ſatis multum impetrant, ſi in Imperio relinquantur quieti. Iuris æqualitas ſi vobis denegaretur, haud ſanè iniuſtè quereremini, at inæqualitas perſonarum iuri nihil derogat; neque pax in Imperio turbatur per Iudices, ſed per iudicandos & æqui intolerantes. Catholica Religio iuſtitiam ſeruandam docet; qui illam violat, contra legem ſuæ Religionis facit, ita vt ex Religione noſtra nulli ſit periculum, ſed ex prauis affectibus, quorum annona apud Caluiniſtas, quam apud nos, copioſior.

PLESSIVS.

Quarta deniq; incuſatio hac eſt: Caluiniſtas & Vnitos omnes, Religionis cauſas non in Cæſarea aut Cameræ Imperialis iudicio cognoſci, ſed coram vniuerſis Statibus eorumque deputatis pari vtriuſq; partis numero amicè componi velle. Reſponſio: Hac eſt fallacia, nempe Compoſitionis & Diuiſionis. Nam lites priuatas in cauſis pacificationem Religionis concernentibus cum publicis Proteſtantium grauaminibus confundit. Lites enim priuatas & particulares Vnitiin iudicio Cameræ, aut conſilio Aulico Imperij agitari libenter permittent, modo in vtroque iudicio (in caſibus ordinatione Cameræ cuique adſcriptis) iudices non ſuſpectos habere poßint.

FABIVS.

Nos nihil confundimus, mi Pleſsi, ſed vos omnia confunditis rebellione. Grauamina quæ communia appellatis communibus procerum parium arbitriis permittitis, priuatas cauſas tribunali Spirenſi non adimitis, modo par numerus iudicum ex veſtratibus deſignetur. O Chryſippæum acumen; ô noua iudicij forma? qua ius neque datur, neque accipitur. Agè contendamus de aliquo Monaſterio, quod nobis contra pacta germanâ fide ſancita ademiſtis, quid obtinebimus in conſpectu parium? noſtris noſtra aſſerentibus, veſtri nihil nobis ad-

dicent: quis tandem finis erit? is qui quæritur, vt quæ abſtuliſtis, poſſideatis. Si pari numero addatur Iudex, qui Caluiniſta non ſit, ſuſpectus erit, hoſtis erit, ſententia nulla erit, ius nullum erit, niſi Caluiniſticum, quo mea, alienorum ſunt.

PLESSIVS.

At publica Proteſtantium Grauamina neutiquam in modum litis particularis per proceſſum iudicialem, ſed in vniuerſali Imperij conuentu ritè & more maiorum tractanda & decidenda, aut quod anno 1552. Paſſauiæ factum, amicâ tranſactione remouenda ſunt. Verba illa, amicâ tranſactione, &c. Spina in oculis ſunt Catholicorum, qui vel ad mentionem compoſitionis expuunt: quod ſatis inſolens & dictu mirum eſſe videtur. Lector enim in toto vbique Cancellaria Bauarico-Anhaltina reperiet, Vnitos, præſertim Caluiniſtas, nullam pacem & tranquillitatem, ſolum bellum, ſeditionem, & turbas quæſiuiſſe: Verum hic & in ſcriptis Romanenſium de turbato Imperij ſtatu, & de famoſo compoſitionis negotio, Caluiniſtæ & Vniti eo taxantur nomine, quod ſeriam compoſitionem vrgeant. Vter ergo pacis auidior eſt, is, qui amicam compoſitionem flagitat, an is, qui reſpuit? Ipſe etiam Compilator ſolum ſpiritum Caluiniſticum amicè rem tranſigi velle hic adfirmat; quum tamen notum ſit, omnes communiter & vniuerſaliter Proteſtantes compoſitionem eiuſmodi efflagitare, ipſum etiam Electorem Saxoniæ Cæſari Matthiæ hanc vt promoueat ſcriptis literis conſuluiſſe. Has Romaniſtarum contrarietates, denuo hic lector animaduertat.

FABIVS.

Vbicunque veſtra, vel noſtra potius grauamina proponuntur, niſi libidini Caluiniſticæ ſatis fiat, nulla ſententia, aut compoſitione inueterata Imperij vulnera ſanantur. Nec tacere potes, velle te tranſactionem Paſſauienſi ſimilem; iterum exclamo; ô ingenium! ſine dubio ſimilem, quem non obſerues, optas. Vincula illius tranſactionis à vobis rupta ſunt, contraque promiſſum multa nobis ſubtraxiſtis: & quæſo te vis iam ſimilem pactionem, vt quod ſuperat nobis etiam auferas? ægrè inimus pactiones cum Caluiniſtis; cum occaſio eſt, violant, ſatis eſt, ſi communia fœdera Catholicos teneant, vt maior Caluiniſtis libertas ſit. Compilator veriſſimè dixit, vos Caluiniſtas nec pacem, nec tranquillitatem quæſiſſe; vna enim pax vobis fuiſſet, ſi omnia quæ petebatis reliquiſſemus. Quid cùm tuâ quæſitæ tranſactionis laruâ te effers? aufers mea mihi, & cùm iudicium appello, compoſitionem clamas. Ego de meis tecum nõ trãſigo; quæ mea ſunt, mea ſunt: redde illa, & lis finita eſt; tranſactione totum ſperas, nec partem redditurus. Elector Saxo audire vos poſtulauit, ſed contra ius Catholicis nihil creptum

tum voluit:factum eſt,quod Saxo petijt. Auditi eſtis;& quidem nimis clarè,quia noſtra contra fas poſtulaſtis.

PLESSIVS.

Omnes verò Proteſtantes hic rurſum communitos volumus, ne Compilatoris illo libro ſibi imponi patiantur:Quicunque enim ex iſto libro tantum ſe doctrinæ haurire poſſe ſibi imaginatur, vt inde perfecti Pellitici laudem acquirat, ne ille experientiâ teſte turpiſſimè ſe deceptum deprehendat.

FABIVS.

Compilator in veſtra Cancellariâ neminem decepit, quæ vos in illa ſcribitis,refert dumtaxat;& laudare te habeo, quod ingenuè fatearis lectorem decipi, qui putat ſe ex illo libro perfecti politici laudem acquirere poſſe:Eo manibus pedibusq; in tuam ſententiam,nemo enim quidquam boni diſcit, vbi nihil boni docetur: docentur autem veſtra.

PLESSIVS.

In paragrapho vltimo,qui veluti Bauaricæ Cancellariæ Epilogus eſt, tanquam in faſciculo,Compilator ſubſequentes inſimulationes comprehendit.

Primò; Spiritum Caluiniſticum cunctis hominibus perſuadere voluiſſe, ac ſi eius actiones duntaxat ad conuertendam Auſtriaco- Hiſpanicam Monarchiam directæ fuiſſent.

Secundò; Non aliud ſub hoc ementito prætextu, quam S.R.I.eiuſquè laudatiſſimarum ſanctionum ſubuerſionem quæſiuiſſe.

Tertiò; Vt nouum Caluinianum regimen introduceret.

Quartò,vt Caluiniſticum ex aſſe,aut denique Turcicum dominatum atq; tyrannidem inſtitueret, & ſacroſanctam Chriſtianitatem Turcici Pharaonis hæreditarij noſtri hoſtis faucibus ac ſeruituti obijceret. Ad quæ hæc ſubijcitur informatio & reſponſio.

FABIVS.

Compilator iſta ſcripſit, quia vos egiſtis; audiamus, quomodo perditam cauſam agas.

PLESSIVS.

Ad primam inculpationem reſpondetur. Non negari, paucos illos Vnionis ſtatus,qui Religioni reformatæ ſe addixerunt, cum cæteris Vnitis auitæ illius Imperij Romani libertatis conſeruationem fideliſſimè cordi habuiſſe, pro viribus etiam externum dominatum ſiue Monarchiam, ac quæcunque viam illi parere poſſent,conuentibus medijs impedire, & auertere omni ſtudio laboraſſe. At verò eorundem Vnionem contra hunc vel illum indigenam exterumue Principem in ſpecie conceptam fuiſſe, hoc verò ipſius Vnionis tabula, (quæ Monarchij

 haben-

habentur) vtpote his è diametro contraria, falſitatis conuincunt. Ac impertinenter quidem compilator Auſtriacam & Hiſpanicam Monarchiam nominatim allegat, cum expeditum ſit, ſiue Auſtriaci, ſiue Hiſpani, ſiue Galli, ſiue finitimorum Regum & Principum, quiuis Dominatum & Monarchiam in Imperio affectent, tum communiter Vnitos, tam Lutheranos, quam Reformatos vniuerſos, quin imò cunctos in Imperio Proteſtantes nemine excepto omnium illorum hæreditarium & abſolutum Dominatum, nec diſcrimen vllum recuſaturos, quo minus auitam Libertatem, vel cum fortunarum & vitæ iactura tueantur, & ad poſteritatem tranſmuttant.

FABIVS.

Valdè vereor, vt quam eleganter loqueris, tam verè te defendas. Non inficior, veſtris propoſitum fuiſſe Dominatum Hiſpanicum excludere, quem nec Catholici deſiderabant: ſed vos Caluiniſtæ, nos falſo ſermone, apud Proteſtantes laceraſtis, tamquam Hiſpanici Imperij ſatores & propagatores. Quo argumento, tu Pleſsi, id euincis? Imperiũ, quod ab antiquo in Germania habuimus, ſartum tectumque volumus: externum iuxta vobiſcum aſpernamur: ſunt ſua cuique terræ ſceptra: maneant tantum ſacroſancta, ſed ibi nulli ſint Caluiniſtæ. Quod ſi alij Vnionis veſtræ à Religione Caluiniſtica diſſentientes credidêre, nos aliud Imperium moliri, credidêre falliloquis: Imperium, Imperium eſto: ſed Caluiniſta rebellis exeſto.

PLESSIVS.

Ad ſecundam: Negatur omnino, & quidem publica contradictione, ex inſtinctu pauculorum Reformatorum Vnitos, ſiue ipſos Reformatos hoc molitos, vt Romanum Imperium, eiuſq; ſacratiſsimas ſanctiones interuerterent. Et quoniam in Cancellaria ſua illud ipſum nulla omnino ſpecie (iudicet candidus Lector) hactenus demonſtrauit, idcirco vlterior firmiorque probatio, ab ipſo, ſi modo poteſt, exigitur.

FABIVS.

Ad alterum, quod tibi Compilator exprobrat, vafrè reſpondes. Dixit is, vos ementito ſub prætextu S.R. Imperij euerſionem quæſiuiſſe, tu ais, *publicè contradici ab Vnitis id quæſitum:* Nihil Vnitis omnibus obiectum, Pleſsi, ſed Vnitis dumtaxat Caluiniſtis, quibus id dictum, quod fecêre, & facturi erant mundo teſte.

PLESSIVS.

Ad tertiam: Reformates nouum Caluinianum regimen inducere voluiſſe, nec probari, nec præſumi poteſt, ipſa ſiquidem Vnionis formula in littera, vt dicitur (ſicut ſupra 3.c. indicatũ fuit) euincit, illam nullo modo ad mutationes & nouatio-

nouationes in Imperio excogitatam fuiſſe. Nec ſanè vel credibile, vel veriſimile eſt pauculos illos Reformatos contra ipſam Vnionis ſanctionem nouum aliquod regimen inducere vel conatos, vel conari auſos. quippè ſine conſenſu & auxilio reliquorum Vnitorum contra expreſſam eorundem voluntatē, tale aliquid perficere ne potuiſſent quidem: Vt prætereatur, cunctos etiam reliquos Proteſtantes Germaniæ ſe illis oppoſituros fuiſſe. Omnibus itaq; præſumptio pro reformatis militat, & onus probandi in Compilatorem reijcit. Ad hæc dicat nobis Compilator, nouum illud regimen Caluinianū an Monarchia, an Ariſtocratia, an Democratia, an Oligarchia, eſſe debuerit? certè, quidquid tandē nobis reſpondeat, ſe ipſum implicabit magis, & prorſus in labyrinthum conijciet, firmum enim & incōcuſſum manebit, quod Thuan. lib. 2. hiſt. paulò poſt principium de Imperio Germanico ſcribit: Ex his cōſtat, *inquiens*, Reſpublica Germanorum, quæ ſic ea ratione vocari poteſt, quod quamuis Imperator primum, dein reliquī principes, ac poſtremò ciuitates liberæ ſuas quæque ditiones, iura, conſuetudines, ſubditos, in quos ipſis ius vitæ & necis eſt habeant: tamen, quia ſimul omnes Imperio ſubditi, & ipſe Cæſar Imperij caput, Imperij Legibus eſt obnoxius, vniuerſi Reip. vnius ſpeciem exhibent. *Tale Imperium, Regimen, ac formam Reipub. Vniti & Reformati in Imperio Romano agnoſcunt: aſt aliam vel nouam formam eoſdem introducere voluiſſe, Compilator probet, ſi poteſt.*

FABIVS.

Nouum Caluiniſtarum Regimen proculdubio horruiſſent reliquī Vniti, ſi quæ ſilentio crediderant, aperuiſſent Caluiniſtæ, qui & verba & litteras indices arcani conſilij cauebant: Nec paucitas me à crudelitate abducit, quia honeſto nomine, tentanda aliorum ope principia erant, acquiſitis iam viribus & oppreſſis, quos deſtinauerant, Catholicis, etiam adiutores ſuos ſubegiſſent. Ad quæſitū, quo doceri à Compilatore cupis, quod genus regiminis Caluiniſtarū futurum fuiſſet, nemo rectius reſpōderit, quam tu, nouæ Reip. fabricator: nam ſi mihi partes reſpondendi imponas, de re mala non malè reſpondebo deterrimū futurum fuiſſe, domitis & eiectis tam Catholicis, quam Lutheranis, ablegatâ omni Religione, veteri more & lege. Imperium Germanicum noſcimus ſine tuo Thuano: deſcribit is id, prout antiqua forma ſtare aut vidit, aut credidit, non quale vos facturi eratis: fruſtra autem petis, vt Compilator probet vos nouam formam introducere voluiſſe; vos ipſi iam probaſtis, cum concuſſione totius Europæ. An non vobis mens erat Eccleſiaſticos Electores è medio tollere, & ad quatuor reliquos, quatuor alios adijcere? Epiſcopatus occupare, Principes ſub iugum mittere, monaſteria Eccleſiaſque expilare, omniaque Caluiniſtica facere? Noua monſtra in Imperio, nouam formam conſtituunt.

PLES-

PLESSIVS.

Quartam denique inculpationem quod attinet, & illius caput 8. ſuperius meminimus, vbi eandem ſatis ſuperq; refutauimus. Verum enimuero, cum Compilator verſu ſiue §. præcedenti, Beneben mit geſampten, &c. *cantilenam veterem canens repetat, Caluinianum ſpiritum cum Turca eiuſq; creatura, vt loquitur, conſilia communicaſſe, ibidem auxiliares copias, ſuiq; protectionem quæſiuiſſe, Comitem etiam Hohenloium in Saxonica aula Turcarum, ac Tartarorum inductionem fuiſſe interminatum, hæc nobis omnino reſpondenda ſunt. Primò, Non liquere, an & quatenus Comes Hohenloius, vel interminatus, vel Proteſtatus fuerit. Imò minimè eſt dubitandum, Comitem illum, vbi opus, facti ſui probè rationem redditurum eſſe. Secundò, certè Hohenloius Caluiniſta non eſt. Tertiò, afflictiſsimi Palatinatus, tractus Rhenani, & Sileſiæ incolæ diſcrimen ſciunt nullum, ſiue de Tartarorum & Turcarum, ſiue de Coſaggorum & Croatarū inductione, quis proteſtetur: quin credibile omninò eſt, illos vel ipſos Turcas, quā hos lubentius admiſſuros, vtpote à quibus maiorem ſibi miſericordiam & compaſsionem polliceri poſsint. Vt verò tandem fucum illum, quem hic Lectori Compilator facit, penitus detegamus, ſolidèque diſcutiamus, præcipuum Inſtructionis, Ioanni à Cœllen Conſtantinopolin datæ (quæ in Additamentis ſpeculi proſcriptionis Num. 18. legitur, pariterq; inter intercepta acta Pragenſia Monachij adſeruatur) articulum bona hic fide allegabimus, qui hic eſt:* Quapropter potentiſsimum Ottomannicum Imperatorem officioſe rogatum volumus, vt nulla ſubſidia, nullamue opem, contra Regnum Bohemiæ & confœderatas Prouincias ferre, neque ſuorum militum, aut Tartarorum incurſiones fieri permittere, ſed bonam vicinitatem, amicitiam & pacem cum Sereniſsimo Rege noſtro & nobiſcum Prouincijs confœderatis, quemadmodum cum prædictis Regiæ eius Maieſtatis ſocero potentiſſimo magnæ Britanniæ Rege, & auunculo fortiſsimo Principe Mauritio, ac Prouincijs Belgicis, exercere velit. Denique potentiſsimo Ottomannico Imperatore ſtudia quoque noſtra, officia, & bonam vicinitatem, iterato eo more, ijſque verborum phraſibus & encomijs, quibus Galliæ, Britanniæ, Belgici, alijſque Chriſtianorum Regum, & populorum Oratores vti ſolent, offeret, &c. *Ex citato hoc loco liquet, quodnam petitum principale fuerit, qualisq; annexa ei oblatio. Primò petitum illud nihil niſi bonæ vicinitatis & amicitiæ fructum deſiderat: de quæſito auxilio & protectione, de varijs agitatis extremis (quæ interceſsiſſe Compilator ſcilicet dicto verſiculo, omni deſtitutus ratione adſerit) ne ſyllabam quidem, ne dum verbum tibi inuenias. Secundò illud petitum intendit, ne Turcarum Imperator contra Regnum Bohemiæ & confœderatas Prouincias militarem aduerſarijs ferat, neque ſuorum militum, aut Tartarorum contra Bohemos incurſiones fieri permittat.*

Numquid

Numquid verò non ſimilia Cæſar, Gallus N. Startzerus, aliiq; Auſtriaci in terminis longè fortioribus Conſtantinopoli ſollicitauerunt? imò tentarunt potiùs, vt Turcas & Tartaros in Bohemorum ceruices impellerent, varijs medijs & ingentibus promiſſis. Hoc. n. & Hungari & Bohemi publicè dicunt, & ad probandum ſe offerũt. Præterea ordines Bohemici vna cum confœderatis ſuis talem amicitiam, vicinitatem & pacem cum Sultano Conſtantinopoli petiere, qualis eidem cum Rege Angliæ Statibusque Belgicis intercedit. Quis verò vnquam dicere & iactare auſus fuit, Regem illum & Status Belgicos Sultani ſeſe protectioni dediſſe? Oblatio deniq; illa, quæ Legato proponenda fuit, ſimiliter tam in forma quam in materia, Gallicorum, Anglicorum, Belgicorum, aliorumq; Regum & Principum Chriſtianorum Oratorum ſtylo prorſus congruit. Ex quibus luce meridiana clarius eſt, ſummam iniuriam cum Electori Palatino, tum ordinibus Bohemiæ, horumq; confœderatis (inter quos tamen pauci admodum Caluiniani, vt odiosè appellantur, & ſi cum Lutheranis illos conferas, decem centenis numero vix opponi queant) falſo illo Pontificiorum nunc à Compilatore renouato de Turcis rumore factam fuiſſe.

FABIVS.

Heu verum eſſe quod Compilator ſcripſit, tot Turcarum in Chriſtianorum ſanguinem exercita latrocinia docent: negate porrò Pleſſi Turcam in noſtram pernitiem à vobis non fuiſſe ſollicitatum & adductum. Nec mirum eſt vnum per minas iecisſe, quod omnium conſilium erat. Comes Hohenloius etſi Caluiniſta non ſit, eo tamen tempore Caluiniſtis militabat, & eorum ſenſa callebat, ita vt ex mente veſtrâ Turcarum & Tertarorum arma interminatus ſit. Quod Rhenani tui nullum diſcrimen ſciant inter Turcas & Coſaggos, Tartaros & Croatos mirum videri non debet, quippe vtroſq; non ſatis experti; nimium illis fuit Croatas experiri, qui ad vos non venêre, vt vobis veſtra vineta colerent; hoſtilia fecêre, quia & vos feceratis alibi. Fragmentum inſtructionis Ioanni à Cœllen pro legato eunti datæ, fruſtra recitas; iam ſupra dixi aliud ſcripto, cum fraus paratur, aliud dicto cõmitti. Veſtrum nõ erat, aut vicinitatem, aũt amicitiam apud Turcam quærere; qui amicus eſſe Turcæ cupit, malus Chriſtianus eſt. Cæſaris & liberorum Regum eſt fœdera pacis publicæ cauſa, cũ Turcis & Tartaris ferire, non Caluiniſtarum maiori Principi ſubiectorum, quibus adeo etiam crimen eſt rogare Turcam, vt Cæſari ſubſidio non veniat. Hi nimirum ſunt egregij Imperatoris clientes, qui vt Dominum ſuum penitus perdant, primum auxilio nudant, magno in Chriſtianis exemplo, quod etiam Turcæ deteſtantur, religioſiores Caluiniſtis. Quid Starzerus, quid alij Imperatorio nomine poſtulârint, mihi incompertũ

eſt,& ſine dubio falſa ſunt, quæ tu ſcribis. Sed fac arma vndequaque parata contra tam acerbos rebelles: quid criminis erit? Vbi aliter mea defendere non poſſum , quæcunque tandem armamentaria imploro: qui iuuat vt viuam, amicior eſt, quàm qui ferit, ne viuam. Si vobis vis facta fuiſſet: ſi extrema paſſuri fuiſſetis; veniam aliquam neceſsitas daret; nūc nulla gratia tam nefandi facti, quo nec Imperium, nec vobis incolumitatem quæſiſtis, ſed Cęſari, Domino veſtro & nobis omnibus Catholicis, ciuibus veſtris, exitium, quo iam ipſi merſi iacetis, non ſurrecturi, niſi beneficio eorum, quos ſtratos volebatis.

PLESSIVS.

Ac quomodo probaturus eſt vnquam Compilator illam vltimam libri ſui coronidem: Caluinianum ſpiritum, ſacroſanctam chriſtianitatem in capitalis & iurati chriſtianorum hoſtis fauces ac ſeruitutem immittere identidem conatum? An vero reformati chriſtiani non ſunt? aut illos contra conſcientiam, fidemque chriſtianam, Mahometiſmum in Imperium Romanum, & patriam ſuam ex propoſito & deliberato animo introducturos , præſumi poteſt? an tanti operis moli perficiunda tantula vires & potentia pauculorum Reformatorum ſufficiunt? an ſenſui communi congruum vel credibile iſtud eſt, liberos Romani Imperij Electores, Principes, Comites , Status, ſe ipſos & patriam Otthomannico imperio; quod nec ſubditorum diſcrimen vllum , nec Electores, Principes, Comites, Nobiles vllos agnoſcit, ſed omnes indifferenter pro Sultani mancipijs & mediaſtinis habet, ſe vltro ſubiecturos eſſe? Quis ille quæſo eſt, qui talia abſurda credere, præſumere, vel velit, vel poſſit? Prorſus igitur totum onus probandi (ad quod autor monitionis Bauarica publicè hîc prouocatur) in ceruicem illius incumbit.

FABIVS.

Quo peruicacius hæc omnia negas, eo maioris impudentiæ notam ſubis, Pleſſi, interroga notum tibi Germaniæ turbinem Turnium: ille ille conatus eſt adducere, & adduxit Turcas vnaque Bethlemi ad Chriſtianos laniandos; quia ergo ipſe arbitraris, id nec fidei, nec conſcientię Chriſtianæ eſſe, vos te iudice Chriſtiani non eſtis. Cui ego ſententiæ non intercedo, & hæc abſurda credo, quia vos patrâſtis; non erat quidē vobis decretū Turcis vos ſubiicere, ſed per illos nos ſubiugare, victuri deinceps coniunctius cū Mahometanis, à quorum ſacris veſtra non admodum abhorrent. Onus probandi amicitiā Turcicā, & quæſita Conſtantinopoli auxilia, Compilatori fruſtra imponis; impia facta iā probarūt impios conatus; varijs modis & varijs oratoribus ſuppetias Turcicas ſolerter poſtulâſtis: etiam Iudæo quodam apud Imperatorem Otthomannicum pro tam bonis Chriſtianis in geniculante.

PLES-

PLESSIVS.

Age ergo intercepta illa Pragæ acta denuo audacter inſpiciat, percurrat, perpendat; in arenam poſtea deſcendat: Tempus docebit illum non minus, quam Cardinalem Claſelium, turpiter ſe daturum eſſe. Quum enim annis ab hinc aliquot à fide dignis relatum eſſet, dictum Cardinalem (tunc Epiſcopum) in ſermonibus & diſcurſibus ſuis familiaribus primum, poſt in ſcripto quodam conſilio, illa item Epiſtola, qua rationes, quibus Matthias Imperator motus cum Turcarum Imperatore pacem fecerat, recenſet, Vnitos ſuſpecta alicuius arctæque cum Sultano Conſtantinopolitano correſpondentiæ & colluſionis inſimulare, quoſdam etiam Vnitorum tantum non digito demonſtrare conatum, bonus quidam vir & ciuis hoc conſilium fideliſsimum ſuggeſsit, ne Claſelio in dictis criminationibus vſque adeo vagari indulgeretur, hanc potius in rem vt compellaretur, ſimul ad ſpecialia, ad probationes producendas, vt par eſt, adigeretur. Hoc adprobato conſilio quidam ex Vnitis Principibus ad Claſelium litteras dedit, quorum quoad ſubſtantiam hic eſt ſenſus: Quum innotuerit Claſelium ſine rubore, & dicere & ſcribere, Vnitos vel eorum certè aliquos cum Turca correſpondere, colludere, conſpirare, hiſce peti, & hoc etiam vt ipſi intimo Cæſaris Conſiliario incumbere, vt eorum nomen proferat, & probationes, quæ in eos paratæ eſſent, in conſpectum & lucem producat. Nam hoc ipſum probè intelligere, ſicubi nullo prolato teſtimonio inſimulationibus illis omni fundamento deſtitutis, inſtare pergeret, non poſſe non Status Vnitos conuenienti loco de iniuria actionem inſtituere, contraque illum illis remedijs vti, quæ his ad adſerendã nominis, exiſtimationis & reputationis ſuæ integritatem competerent. Verùm bonus ille Epiſcopus cum metuerit, ne vox ſibi per iugulum recipienda eſſet, palinodiam quandam ſine detrimento, quam probationem cum damno, potiorẽ ratus, dicto Principi non minus modeſtè, quã moderatè ad hunc in effectu modũ reſpondit: Sermones illos de Vnitorum cum Sultano ſiue correſpondentia ſiue intelligentia, nil niſi rumores, & circũuolitantes ſermones eſſe: Quapropter ne illos Vniti morarentur. Quã quidem particularitatẽ Lectori hic memorare, ſimul Informationis huius noſtræ ad præcipua capita Cãcellariæ Bauaricæ partem primam hoc illuſtri exẽplo concludere placuit.

FABIVS.

Iam victus in arena es Pleſsi, etſi enim acta Pragenſia indicio manifeſto non ſint ſollicitatæ vobis apud Turcas opis, ſignificãt tamen nobis, amiciſsima Turcis pectora veſtra; facilia ad auxilium petendum & impetrandum, quid enim non detur amantibus? Quod ſi quid dubitationis fuit huius neceſsitudinis & poſtulati ſubſidij, diſcutiunt id iam ſcripta, & facta per omnem orbem memorata; Filij albæ gallinæ eſtis apud Turcam, & idcirco cum ploraretis, defenſi.

Digitized by Google

Quæ de Illuſtriſsimo Cardinale Clæſelio narras, non admodùm Lectorem mouent, quippe gnarum hiſtoriarum tuarum. Quod ſi etiam verum eſt, quod refers, nec dum probas, nihil vobis familiaritatis cum Turcis interceſsiſſe, ſed nihil palam conſtitiſſe. Multi, qui mali ſunt, non ſciuntur, Caluiniſtæ tamen rarò non ſciuntur.

PLESSIVS.

Cætera, ſi qua reſtant informatione aut reſponſione digna, in ſecunda parte, diuinâ fauente clementiâ, pro meritis examinabuntur.

FABIVS.

Plurima reſtant, mi Pleſsi, quæ diuina fauente clementiâ publicè non examinabuntur, nulla enim cæli clementia tam peſtilentes conatus adflat: neque quiſquam examen inſtituit, in quo ipſe erubeſcat. Paucißima delegiſti, quæ hoc libro admorderes, ſed dentibus haud valdè felicibus, repercuſsi pugno, & eiſſi animæ tuæ meatus intercludunt, vſumque linguæ adimunt. Quid enim porrò dices, Pleſsi? deprehenſus es: ſi rurſus loquare, rurſus deprehenderis, quia tam manifeſta facinora veſtra ſunt, vt ne nox quidem, quæ omnia ſepelit, tegere poſſit. Fruſtra ergo aures noſtras fatigas, vidimus.

P. S.

PLESSIVS.

Quiſquis es Lector, oro te, vt quod nuper Camerario licuit in principio litura, mihi hic in fine liceat, verum loqui: nam reliquo libro, aliud agendo id non potui. Scripſi iſta omnia non meâ ſponte, ſed cauſa ignominiæ coactus, vt me, exoſoſque ſolo ac cælo Caluiniſtas tribules meos tot vulgi telis obnoxios, ſi aliter defendere non poſſem, fallacijs ſaltem inumbrarem: non certè eâ ſpe, vt alicui penitus perſuaderem, quia fruſtra apud alios conarer, quod à me ipſo impetrare nequeo: innocentem enim me eſſe, verbis, aſtu & arte quaſitis affirmare poſſum, ſentire non poſſum: & tamen admodum cupio alios ſentire, irrito vtique voto, nam qualis ſum, talis habeor. Ne mirere Lector, hoc me ipſum fateri: niſi ego facerem, liber meus fateretur: cum legitur, erubeſcit.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM PRAECIPVARVM IN APPENDICE CANCELLARIAE ANHALTINAE.

A

ALSATIA cur à Caluiniſtis inuaſa 9. & 20

Anhaltinus Princeps alter ſeditionis Triptolemus 81

[illegible] litera de captiuo proditore ad Palatinum 67

AErarium Vuitorum exiguum 111

Auſtriacorum Principum Conuenta quorſum ſpectent 45

B

BAſta & Belgioſa belli Hungarici pro Imp. Duces 64

Bauaria Dux iniquè à Pleſſio accuſatus 93. & 125. Cur pileum Electoralem adeptus ſit 126. Cum Duce Vvirtembergenſi de pace conſulit 132

Bellorum an Deus auctor 75

Bibliotheca Heidelbergica Pontifici mittitur 133

Bohemia an ſit electiuum 68. Eſt hæreditarium 71

Bohemis ius electionis quando & quomodo conceſſum 72

Bohemi Caluiniſtæ Legatos Francofurtum mittunt 16. Eorum ad belli Regi ſuo inferendum præparatio 63

Botſchaius ſeditionis in Hungaria auctor 64

Britanniæ Rex Palatinum à bello contra Cæſarem abſterret, ſed fruſtra 30

C

CAluiniſtæ à Saxone Vvimarienſi repulſam paßi 3. Eorum malitioſæ machinationes 8. Ipſi Italiæ inſidiati, 9. A Sabaudo & Turca auxilium flagitant, vt aliena auferant 10. Cæſarem verbo honorant reipſa oppugnant 13. plus diſsimulant quam dicant 22. Bohemos incitant ad rebellionem 25. Reipublicæ nocentiſſimi 27. ad fraudes moliendas & tegendas nati 35. eorum fides in promiſſis qualis 39. Sabaudum ſpe regni lactare & fallere voluerunt, ibid. ſeditionum & turbarum auctores 52 eorum impietas 61 Turcicam amicitiam ſollicitarunt 95. vulpibus ſimiles 123 appetunt Principatum Iuliacenſem 123 amica iis facies, cor hoſtile eſt 130. triumpharunt ante victoriam 137

Camerarius perduelli Botſchaio familiaris 65. eius litera ad Palatinum ibid.

Carolus Quintus Ferdinandum fratrem

Digitized by Google

Septemuiris commendat 47
Chamelion varij coloris 128. Caluiniſtis aſſimilatur ibid.
Comes Zolleranus ad Bauarum miſſus & cur 5
Conciones Caluiniſtarum Heidelbergenſium quales Pragæ fuerint 55

D

Donavverda cur vel vnde ſubacta 3. 4. & 125
Durlachius Tyllium bello adoritur, ſed ſuperatur 133

E

Elector Colonienſis iura Epiſcopatus Hildesheimenſis defendit 104
Epiſcopatus multi ab hæreticis poſſeſſi 101
Epiſtola Principis cuiuſdam ad Palatinum 118

F

Ferdinandus II. Imp. etiam Caluiniſtarum ſuffragio licet tardo electus, 42. ineptus à Caluiniſtis iudicatur 43

G

Gabor Tranſyluanus Turcæ Vaſallus 30. Turcas in Morauiam adduxit ibid. eius filius Heidelbergæ cur fuerit & cum quibus 96
Grauamina à Caluiniſtis Imperatori exhibita 3. quæ & qualia illa fuerint ib.

H

Haſtangus captus, & in captiuitate mortuus 90
Heidelberga quomodo occupata 129
Hollandorum rebellio quo ſpectet 24
Hugonotta Galli, & Caluiniſtæ Germani vno ouo prognati 84
Hungarroum clades ad Pragam 87

I

Ieſuitarum multitudo in Germania & Belgio 127
Impietas Caluiniſtarum 61
Imperatoris eſt pro bono Reip. fœdera icere 95
Improbitas veniam non meretur 20. à Cōſiliarijs abeſſe debet ibid.
Iuliacenſes Prouinciæ à Caluiniſtis inuaſæ odio Religionis Catholicæ non amore iuris 123

L

Lazarus Schuendius militia gnarus, religionis ignarus 63
Legatus Danicus ſerò pacem pro Palatino poſtulat 33
Legati Norimbergæ ad Bauarum miſſi proterui 86
Litera Maieſtatis Bohemis rebellibus quomodo conceſſa 25
Litera Cæſarei Legati apud Turcā de Caluiniſtis 28

M

Mansfeldius Caluiniſticarum copiarū Dux ære Sabaudico conductus 9
Marchio Badenſis filio Prouinciam tradidit, & cur 104
Moguntina aula olim Lutheranos habuit non Caluiniſtas & cur 126
Metus primus à Caluiniſtis obtenditur cum ſcelera perpetrarunt 122
Mulheimium à Caluiniſtis ædificatum in perniciem vrbis Colonienſis 124

O

Opem petere quomodo liceat 49
Origo belli Bohemici à Caluiniſtis 76

P

Packius qua arte Germaniæ exitium molitus 5
Palatinus militem in Bohemiam miſit 12. variè lactatus & ad ſpem Imperij incitatus cuſis nummis 31. eius ambitio & alieni Regni ſitis 37. quorum ope fultus in Ce-

in Cæſarem inſurrexerit 40. eius crimina 45. à pace alienus 79
Peplitij Epiſtola 112
Philippus II. Hiſpan. Rex cur Gallis ſubſidium miſerit 131
Pius V. & Ieſuitæ ſibi inuicem auxilio fuere 128
Pleſſius proditoris patronus 6. eius fraus & vanitas 17. 23 aſtutia 25. Legatus ad Gaborem 27. perniciofus apud eum negotiator 28. 77. eius inanis libertatis defendendæ prætextus 51. paricidales epiſtola 55
Proſpera Cæſaris fortuna angitur 57. Epiſtolam ſuam fruſtra velare nititur 80. ſeditionis flabellum 81. eius impudens vafrities 82. vana & ridicula accuſatio 103. In Ieſuitas calamum acuit 126. Fractæ pacis in Palatinatu Catholicos arguit 131
Prouinciæ Iuliacenſes à Lutheranis Cæſari addictæ 124
Priuati hominis peccatum toti Reipub. imputari non debet 1

R

Reges Regnis, aut Regna Regibus ſpoliare Chriſtianum non eſt 53
Regionis & Religionis cauſa Caluiniſtæ Bohemiam tentarunt 99
Religio Maiorum inter Catholicos huius temporis non eſt mutata 129

S

Sabaudiæ Dux à Caluiniſtis deceptus 18. ab ipſis acerbè laceratus ib. quo animo à Caluiniſtis in ſubſidium vocatus 28. deſerit eos 121
Sanctis illata ſibi à Caluiniſtis iniuria vindices 61
Sleidani teſtimonium, ſeu narratio de Ottone Pakio 6
Solmij Comitis verba de bello Catholicis inferendo 82. & ſeq.
Stephanus Lorlathi apud Turcam Caluiniſtarum Legatus eidem multa Hungariæ loca offert 28
Svvinglianis Caluiniſtis ſubſidium non tulere 128

T

Tegnaglius dirum crudelitatis Caluiniſticæ exemplum 72
Thuanus in vtramq́; partem inclinat 142
Tribunus Gent ab hæreticis adiutus 120
Turnius Comes nefarij belli tubicen 28

V

Vdenheimium cur ædificatum 124
Veneti Caluiniſtis ſubſidium ſapienter negarunt 50
Vicarij conſtituẽdi poteſtas penes quẽ ſit 35
Vnio Caluiniſtarũ in quem finem facta 23. contra Auſtriacos 24. contra Cæſarẽ 26
Vniti non pacis, ſed belli cupidi 55
VVindekius qualis ſcriptor 2

FINIS.

Digitized by Google